ANTHOLOGIA LATINA

I

CARMINA IN CODICIBUS SCRIPTA

RECENSUIT

D.R. SHACKLETON BAILEY

FASC. 1

LIBRI SALMASIANI ALIORUMQUE CARMINA



STVTGARDIAE IN AEDIBVS B.G. TEVBNERI MCMLXXXII

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs- und
Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 8000 München 2

CIP-Kurztitelaufnahme der Deutschen Bibliothek

Anthologia Latina. – Stvtgardiae : Tevbner
(Bibliotheca scriptorvm Graecorvm et Romanorvm
Tevbneriana)

1. Carmina in codicibus scripta / rec. D. R.
Shackleton Bailey
Fasc. 1. Libri Salmasiani aliorumque carmina. –
1982.
ISBN 3-519-01030-5

NE: Bailey, David R. Shackleton [Hrsg.]

Printed in Germany
Gesamtherstellung: Passavia Druckerei GmbH Passau

PRAEFATIO

Ex carminibus quae Alexander Riese in primo 'Anthologiae Latinae' suae fasciculo A.C. 1894 curis secundis edidit pauca variis de causis praetermisi. Nam fragmentum illud de Augusti bello Aegyptiaco in papyro Herculanensi servatum quid inter 'carmina in codicibus scripta' negotii habeat non intellego. Centones Vergiliani (Riese 7–18), opprobria litterarum, neque ope critica multum indigent neque is sum qui vati reverendo denuo haec edendo contumeliam imponere sustineam. Iam Carmen codicis Maihingensis (R. 6a), cuius Riesium ipsum paenituit (vide eius fasc. II, p. 373), et versiculos Turcii Rufii Aproniani Asterii sedecim (R. 3) a lectore benevolo mihi condonatos velim. Denique Aenigmata codicis Bernensis 611 (R. 481), versus, ut scripsit Riese, ad verborum accentus formatos, a quibus emendandis fere abstinendum est, sollicitare nolui; σκόπον enim illum praecipuum mihi proposui, ut carminibus a scribis et editoribus totiens foede depravatis arte et facultate critica pro virili parte opitularer. Traditas lectiones praeter ipsius codicis Salmasiani, post Baehrensium et Riesium, qui in hac re naviter versati sunt, iterum in codicibus indagari conatus non sum. Nam de 'Anthologiae' illius Africanae origine et compositione quaestiones, in quibus viri docti non frustra illi quidem sed fructu saepe dubio operam posuerunt, aliasque etiam eius modi ad alia poemata pertinentes, explicare conari neque huius operis neque captus mei duxeram.

Nomen illud 'Anthologia Latina', tametsi rei ipsi parum aptum sit et vario virorum doctorum usu ambiguitatem molestam habeat, magis inveteravit quam ut respuere ausus sim. Etenim a Burmanni iunioris sylloga (A.C. 1759/1773), cui titulum 'Anthologia Veterum Latinorum Epigrammatum et Poematum sive Catalecta Poetarum Latinorum' imposuit, originem traxit. Usu tamen communi carminibus in codice Salmasiano repertis, corporis Burmanniani parti, hoc nomen inditum est. Satis autem constat in Africa non ita multo post regni Vandalici finem (A.C. 534) poematiorum syllogam institutam fuisse[1]. Ceterum utrum haec 'anthologia' ut primum redacta est an postero tempore ampliata in codicem Salmasianum pervenerit incertum est. Sed eadem hac 'Anthologiae Latinae' appellatione H. Meyer (1835) et Riese (1869) suas uterque carminum minorum collationes intitulavit. Denique editioni Riesianae secundae addita a Francisco Buechelerio carmina epigraphica nec non alia postea ab aliis edita sub eodem vexillo prodierunt.

A **Codex** autem **Parisinus Lat. 10318,** qui a Claudio Salmasio olim possessus Salmasianus appellatur[2], litteris uncialibus scriptus est, utrum a scriba Hispanico, id quod L.

1 Vide Riese, praef. pp. XXV sqq., H. Happ, *Gnomon* 34 (1962), 696 et adn. 6. Illud autem animadvertendum, si Luxorii duo epigrammata quae sunt meae editionis 336 et 337 (R. 341. 342) rege Gelimero (530–534) scripta nec ante a. 533 prolata sunt, quod certe verisimile est, 'anthologiam' ipsam vix minus quam quindecim post annis exstare potuisse. Series enim quam in Salmasiano habemus, olim a puero teste poeta ipso (cc. 282 [R. 287]. 5, 283 [R. 288], 5) condita, diutius inedita mansisse videtur. Aliter omnino Riese: 'Luxorius quidem sub Hilderige [i.e. a. 525–530] (c. 203 [= 194]) vixit et postea alteram carminum suorum iuvenilium editionem fieri curavit, cui c. 287–289 [= 282–284] et c. 341 [= 336] et 342 [= 337] addidit.'

2 Codicis fortunas diligenter investigavit et perscripsit Riese (praef. pp. XII–XVIII).

Traube censuit[3], circa septimi saeculi finem, an in Italia septentrionali vel Francogallia medio vel exeunte saeculo octavo, ut recentiores decreverunt[4], parvi refert; quod ad rem attinet, qualis scriba fuerit, id iure optimo idem Traube declaravit: 'Seine Kenntnisse im Lateinischen waren gering, aber gerade ausreichend, ihm, der von dem Inhalt des Abzuschreibenden wenig genug verstand, allerlei geläufigere Wortbilder vorzuzaubern. Es war ein rechter Halbgebildeter und, philologisch betrachtet, ein arger Interpolator.' Hoc viri clarissimi iudicium, quamvis ipse invita paene Minerva ad emendationis opus accesserit, nos admoneat oportet ut in vitiis huius codicis purgandis rationem potius quam litterarum ductum sequamur. Ceterum de eius apographis vide quae scripsit Aemilius Baehrens in quarto Poetarum Latinorum minorum tomo, pp. 4 sq. Saepius adnotandae sunt schedae Divionenses inter annos 1651 et 1756 non ex ipso codice, sed ex eius apographo descriptae, ut statuit Riese (praef. p. XXXII), quae lectiones bonas, coniectura haud dubie repertas, non raro exhibeant.

Ex praefationibus subinde occurrentibus (cc. 6. 78. 207. 282–285 = R. 19. 90. 216. 287–90) syllogam Salmasianam libris iam antea editis partim utique constare manifestum est. numeros autem codicis margini hic illic adscriptos ad syllogae partes vel libros pertinere verisimile est. Quibus indiciis fretus Riese libros quattuor et viginti olim fuisse, quorum quinque primi et pars sexti perierint, in praefatione sua (pp. XVIII–XXV) contendit. Totius codicis exemplum

3 *Philologus* 50 (1895), 124 = *Vorlesungen und Abhandlungen,* III. 51; *Nomina Sacra* (1907), 223. Ceterum quae ille de scribae indole scripsit, utrum ad ipsius codicis scribam pertineant an ad antiquiorem quendam a quo is descripsit, profecto nihil interest.

4 E. A. Lowe, *Codices Latini Antiquiores* (1950), 593; B. Bischoff in *Karl der Große* (1965), II. 252 sq.

photographicum edendum curavit Henricus Omont[5], folia aliquot praebuerunt C. Clementi[6] et M. Rosenblum[7].

Non nulla eorum quae codice Salmasiano continentur habent alii etiam codices[8]:

B **B = Parisinus Lat. 8071,** saec. IX in Francogallia scriptus olimque Thuaneus vel florilegium Thuaneum appellatus, tria et septuaginta carmina cum Salmasiano communia ordine tamen non numquam discrepante habet, nec non alia rarioris notae, ut Grattii Cynegetica Catullique excerpta. Hunc ex codice Vindobon. Lat. 277 (saec. VIII, item Francogallico), cuius folia undeviginti hodie exstant, defluxisse constat. Codicis B folia duo *Pervigilium Veneris* continentia ope photographica exhibet Clementi.

W **W = Vindobon. 9401,** foll. 28–43, ex eodem Vindobon. 277, ut videtur, ab Iacobo Sannazario in Francogallia a. 1501–1503 descriptus. Continet enim *Pervigilium* et praeterea quattuor et quadraginta[9] epigrammata eodem quo in codice B ordine posita. Eius lectiones quod ad *Pervigilium* attinet iam notae sunt et habet huius quoque exemplum photographicum editio Clementiana[10]; in epigrammatis

5 *Anthologie de poètes latins dite de Saumaise* (1903).

6 *Pervigilium Veneris,* ed. III (1936).

7 *Luxorius, A Latin poet among the Vandals* (1961).

8 Qui plura et explicatiora de singulis desiderabit ad ea delegamus quae Riese in praefatione sua accurate disseruit atque ad Ricardi Tarrantii de Anthologiae traditione tractatum luculentum mox, ut spero, in medium proditurum.

9 Huius catenae in fine, post c. 17 (R. 30) tria Ennodii epigrammata (carm. 2. 26–28) posita sunt, eadem nimirum quae eodem loco habet cod. B, f. 57 (Riese, praef. p. XXXV), habuit igitur Vindobonensis 277.

10 Folia trium codicum ABW quae *Pervigilium Veneris* continent etiam in R. Merkelbach – H. van Thiel, *Lateinisches Leseheft* (1969). 3 A–C exhiberi a Tarrantio admonitus sum.

quae relatu dignae mihi visae sunt ex photographiis rettuli, unam (188 [R. 197], *6 urget*) in textum recepi.

V = **Leidensis Vossianus Lat. Q. 86** circa an. 850 in Francogallia media scriptus[11]. Haec Riese (praef. p. XXXVIII): 'Carmina Salmasiani in hac codicis parte [foll. 91–116] occurrunt numero undequadraginta, quorum duo tantum (c. 155 *de Scaevola,* 271 Regiani) in B non inveniuntur; utrumque certe familiae BV ab origine non deerat. Ordo epigrammatum, si A vel B spectes, paullo liberius immutatus est: etiam verba singula, quamvis in universum spectanti hic codex cum B unam familiam a Salmasiano diversam efficiat, hic illic tamen emendatorem (sive interdum corruptorem) nescio quem Carolina fortasse aetate experta sunt.' Idem habet epigrammata (392–477 = R. 396–479) quae Salmasiano desunt, alia cum B communia alia sibi propria, nullo auctoris nomine imposito a plerisque tamen Senecae et Petronio adtributa; cui opinioni equidem adsentior. Habet item c. 478 (R. 480). V

S = **codex** iam deperditus, olim **teste Claudio Bineto,** qui in epigrammatum veterum sylloga a se confecta eum adhibuit, in ecclesiae Bellovacensis bibliotheca servatus. Inerant carmina et Petroniana alibi nusquam reperta et alia quae paucis demptis in Salmasiano etiam leguntur. Iudice Riesio (praef. p. XXXIV) hic codex neque cum Salmasiano neque cum familia BV(W) artius coniunctus fuit. S

L = **Lipsiensis rep. I. 74,** saec. IX–X. L

C = **Parisinus 8069,** saec. X vel XI. C

Sunt etiam praeter hos qui suo quisque loco commemorentur.

De singulis iam syllogae Salmasianae carminibus pauca animadvertenda. Ad 'Praefationem' (6 = R. 19), portento-

11 Vide nunc K. A. de Meyier, *Codices Vossiani Latini,* II (1975), 197–204.

sam illam glossematum congeriem, interpretandam atque emendandam aliquantulum profecisse mihi videor. Quod glossematum magnam partem ex Placidi libro (*Corp. Gloss. Lat.* V[12]) haustam esse communis fert opinio, id contra fuisse testantur complura vocabula apud Placidum eadem quam in 'Praefatione' legimus forma usurpata, ut *gerras, diribita (-buta), aginam, arnanti, cicures, alimenes, comtula(m), exippitandum, fracebunt, ad exodium, apludam, ambrone(m).*

In *Pervigilio Veneris* codicibus ABW a prioribus adhibitis quartum Ambrosianum S 81 Sup. (saec. XVI) in editione sua Egnatius Cazzaniga adnexit. Hunc fortasse ex codice B derivatum, quia nullum in textu constituendo adminiculum praebet, neglexi. De tota *Pervigilii* traditione consulenda sunt quae luculente scripsit E. Valgiglio, *Bollettino del Comitato per la preparazione dell' edizione nazionale dei classici greci e latini* (Acc. Naz. dei Lincei, Roma), 15 (1967), 115–120.

Symphosii Aenigmata (281 = R. 286) praeter Salmasianum turba librorum exhibet quam princeps Riese in duas recensiones, B et D, separavit. Familiam B ducit β = Sangallensis 196, alteram d = Vossianus quart. 106 et x = Sangallensis 273:

Recensio B:

β = Sangallensis 196 (saec. X)
K = Parisinus 2773 (saec. XI)
L = Parisinus 8088 (saec. XI)
w = Westmonasteriensis E 919 (saec. X)

Recensio D:

d = Vossianus quart. 106 (saec. IX–X)

12 Vide etiam W. M. Lindsay, *Glossaria Latina*, IV, 8–10.

α = Sangallensis 273 (saec. IX)
F = Parisinus 5596 (saec. IX)
G = Parisinus 8055 (saec. X)
H = Parisinus 8440 (saec. X)
I = Parisinus 8319 (saec. XI)
M = Petropolitanus F XIV.1 (saec. VIII)
N = Palatinus 1719 (saec. IX)
O = Palatinus 1753 (saec. IX)
h = Bibl. Britann. 12 C 23 (saec. X)
Ang. = Angelicanus V 3.22 (saec. XI)

Praefationem et aen. I–XVIIII (dempto XIII) habet *s* = Parisinus 4808 (saec. IX), Salmasiano adfinis; cuius lectiones quoad etiamnunc legi poterant in *Rhein. Mus.* 23 (1863), 525 sqq. rettulit I. Klein[13]. Quae autem *Historia Apollonii Tyrii* (42–44) adfert, ea suam propriam traditionem habere videntur. Pauca etiam in Aldhelmi libro *De metris etc.* (ed. Ehwald, *Monum. Germ. Hist.* Auct. Ant. 15) continentur.

In Salmasiano ambae recensiones saepe ita continenter perscriptae sunt ut B alteri fere semper praecedat. Quam cum Riese a Symphosio ipso profectam esse, in altera illa eiusdem δευτέρας φροντίδας exstare statuisset, huic in textu constituendo pertinaciter adhaesit. Prudentius in editione sua[14] R. T. Ohl: 'I do not believe that a satisfactory text can be arrived at either through a rigid adherence to the readings of D or a decided preference for the readings of B'. Cuius iudicio eum qui cetera ab illo disputata legerit et lectiones ipsas examinaverit repugnaturum esse non arbitror.

Iam ut ab 'anthologia' illa ad alia me vertam, argumenta Vergiliana (cc. 1–2a = R. 1–2, 654) primum locum obtinent. Haec in plurimis codicibus exstant, inter quos Vos-

13 Alii duo codices ibidem prolati nullius pretii sunt.
14 *The Riddles of Symphosius* (Diss. Philadelphia 1928).

sianum Lat. fol. 111 (E), saeculo nono ineunte scriptum, cui Vaticanus 1575 (Z) saeculi decimi vel undecimi et Palatinus 487 (P) saeculi decimi adfinitatem habent, praestare docuit Baehrens (II. 21 sq.), doceri noluit Riese. E reliquorum multitudine (inter quos est C [vide supra]), praecipue notandus est Vaticanus 3867 (R: Vergilii codex Romanus), saeculi quinti, ut videtur, quibus ceteri (ς = vel omnes vel aliquot) cognati sunt; nisi quod Bernensem 165 ceteris melioris notae esse videor mihi vidisse.

Sequitur Carmen quod 'Contra Paganos' vulgo nominatur, in Prudentii codice saeculi sexti, Parisino 8084 (P), servatum. Auctor Christianus exeunte saeculo quarto condidit, primus edidit Leopoldus Delisle, nuper autem multa cum diligentia Fredericus Roncoroni in *Riv. di Stor. e Litt. religiosa* 8 (1972), 58–79.

De cc. 4–5 (R. 5–6), quae 'Precatio Terrae Matris' et 'Precatio omnium herbarum' titulos gerunt, Eduardi Nordenii sententia ipsius verbis perscribi meretur[15]. 'Etwa in der ersten Hälfte des 3. Jahrhunderts verfaßte ein Unbekannter ein in der Form der Beschwörung gehaltenes Gebet an die Mutter Erde in Senaren. Dieses Gedicht wurde dann in erheblich späterer Zeit, wohl erst gegen Ende des Altertums, also nicht lange vor seiner Abschrift in unserer ältesten Handschrift, überarbeitet. Der Überarbeiter, dem die Technik des Senars bereits unklar geworden war, ließ eine Anzahl von Versen intakt, andere gestaltete er um. Aber damit nicht genug. Da er sah, daß in diesem Gedicht die Mutter Erde gebeten wurde, die Heilkraft ihrer Kräuter zur Verfügung zu stellen (25 f.), so verfaßte er nun ein eigenes Gebet eben an diese Kräuter (Precatio omnium herbarum), sozusagen ein

15 *Festschrift zur Jahrhundertfeier der Univ. zu Breslau* (1911), 517 sqq. = Norden, *Kleine Schriften*, 234 sqq.

christliches[16] Konkurrenzgedicht zu jenem ersten. Da er hierfür kein Vorbild hatte, ist in diesem Gedicht kaum der eine oder der andere, der Norm entsprechende Vers vorhanden. Für den Herausgeber dieser Gedichte ergibt sich hieraus folgende Konsequenz. Im ersten Gedicht lassen sich aus der Überarbeitung die ursprünglichen Verse hie und da wiedergewinnen: wer das versucht, darf aber nicht glauben, daß er Korruptelen der Überlieferung beseitigt, sondern muß sich bewußt sein, daß er mehr ein geistreiches Spiel treibt. Bei dem zweiten Gedicht ist jeder Versuch, die quasimetrische Form in reguläre Verse umzuformen, unbedingt abzuweisen.'

Viri igitur illustrissimi decretis obsecutus in c. 4 'lusu ingenioso' non abstinui. C. 5, id quod fecerat Norden, omnium coniecturis in oblivionem coniectis secundum testimonia codicis antiquissimi Vossiani edidi.

Ceterum in codicum lectionibus referendis multas minutias iam a Baehrensio et Riesio adnotatas consulto neglexi. Neque enim operae pretium visum est, sicubi Salmasianus litteram b pro v vel d pro t exhibet vel litteras c, g vel o, u confundit, talia denuo perscribendo chartam implere. In verbis autem Graecis eum codicem pro litteris ch, ph, rh, th litteras c, f, r, t ponere solere hic semel admoneo. Cuius codicis lectiones a Riesio relatas omnes in libro photographico Omontiano recensui, errores non nullos sed maximam partem levissimos correxi, semel tantum modo (in 281 [R. 286], 79) textum ea causa mutavi. Orthographiam Riesianam plerumque secutus sum, qui ita de sua consuetudine scripsit (praef. XLIV): 'Ego in re dubia id egi, ut praeter eos locos, quos a poeta ipso barbare scriptos esse certis argu-

16 Christianum hunc fuisse Timpanaro non adsentitur (*Contributi di filologia e di storia della lingua latina* [1978], 572 sqq.).

mentis constet, reliquos ad antiquam normam revocarem'. Carminum titulos, quos codices praebent, quamvis ipsorum poetarum non sint nec raro erroribus vitientur, ad lectorum tamen commoditatem retinendos putavi.

Collectorum poematiorum editiones hae potissimum commemorandae:

I. I. Scaliger (Lugduni 1573)
P. Pithoeus (Parisiis 1590)
P. Burman(nus) iunior (Amstelaedami 1759–73)
I. C. Wernsdorf (Altenburgi 1780–89)
H. Meyer (Lipsiae 1835)
A. Riese (ed. I. Lipsiae 1869–70)
Ae. Baehrens (Lipsiae 1879–83)
A. Riese (ed. II. Lipsiae 1894–1906)

E numero eorum qui post editionem Riesianam secundam in horum carminum emendatione et interpretatione versati sunt duo Italici, Scaevola Mariotti et Sebastianus Timpanaro, viri et docti et acuti, praecipuam ingenii laudem meruerunt. Huius studia nunc ab ipso collecta et recognita habemus[17]. Illius, quae quidem negotium nostrum attingunt, his locis reperiuntur:

Parola del Passato 2 (1947), 348 sqq. (Mariotti[1])
Philol. 101 (1956), 325 sq. (Mariotti[2])
Stud. Ital. di fil. cl. 29 (1957), 258 (Mariotti[3])
Bollettino del Comitato per la preparazione dell'edizione nazionale dei classici greci e latini 7 (1959), 55 sqq. (Mariotti[4])
Studien zur Textgeschichte und Textkritik (*'Jachmann-studien'*, 1959), 130 sq. (Mariotti[5])

Quod ad ceteros attinet, vide quae scripsit Timpanaro, op. cit. 569 sqq. Illud autem addendum, a viro eruditissimo

17 Vide supra adn. 16.

Heinsio Happio Luxorii textum suum et apparatum criticum, exactissimae diligentiae opus nondum publicatum, mihi per bibliothecam Teubnerianam ut arbitrio meo uterer his proximis diebus benignissime missum. Quod sane mihi opem adtulit, quamvis multum ab illius ratione edendi nostram discrepare cognoverim. Huic ergo et aliis amicis collegisve pro sua cuique opera officiisque gratias ago, imprimisque Leonardus Håkanson, Iohannes Hunt, Eduardus Kenney, Scaevola Mariotti, Francius Munari, Robertus Renehan, Ricardus Tarrant, Ricardus Thomas, Sebastianus Timpanaro nominandi. Commemorentur etiam iuvenes illi docti et laboriosi qui in schola mea Harvardiana multos saepe Anthologiae locos mecum non sine fructu meo tractaverunt.

Scribebam Cantabrigiae Massachusettensium mense Augusto MCMLXXX

D. R. SHACKLETON BAILEY

SIGLA

A	cod. Parisinus lat. 10318 (Salmasianus), saec. VIII, ut vid.
B	cod. Parisinus lat. 8071 (olim Thuaneus), saec. IX
V	cod. Leidensis Vossianus lat. Q. 86, c. a. 850 scr.
W	cod. Vindobonensis 9401 (Sannazarianus), a. 1501–1503 scr.
S	cod. Bellovacensis Bineti iam deperditus, aet. incertae
L	cod Lipsiensis rep. I. 74, saec. IX–X
C	cod. Parisinus 8069, saec. X vel XI
	cod. Vergilianus Vaticanus Lat. 3867

Vide etiam quae ad singula carmina praeposui

sched.	schedae Divionenses
Salm.	Salmasius
⟨...⟩	uncis inclusi quae supplenda putavi
*	asteriscis lectiones notavi de quibus in libello nostro 'Towards a text of "Anthologia Latina"' (*Proceedings of the Cambridge Philological Society,* suppl. vol. 5 [1979]) disputatum est

CARMINA CODICIS VERGILIANI VATICANI 3867

1

OVIDII NASONIS

Argumenta Aeneidis

Riese 1
Baehrens P. L. M.
IV p. 161

Praefatio

Vergilius magno quantum concessit Homero,
  tantum ego Vergilio, Naso poeta, meo.
nec me praelatum cupio tibi ferre, poeta;
  ingenio si te subsequor, hoc satis est.
argumenta quidem librorum priva notavi, 5
  errorem ignarus ne quis habere queat.

1. *De codicibus vide praef., pp. IX sq. Praefationem habent* EPC, *cod. Gudianus (saec. IX); in ceteris deest* Incp̄t epigrammatū Obidii Nasonis in libris eneidarum uergili (*ras.*) præfatio E, *itemque ceterorum tituli versus Ovidio tribuunt* 4 subsequar P 5 priva *L. Mueller* : prima *codd.*

bis quinos feci legerent quos carmine versus
  Aeneidos totum corpus ut esse putent.
adfirmo gravitate mea, me crimine nullo
  livoris titulo praeposuisse tibi. 10

B. IV 176
B. IV 162

I

Aeneas primo Libyae depellitur oras.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus
Aeneas odiis Iunonis pressus iniquae
Italiam quaerens Siculis erravit in undis,
naufragus et tandem Libyae est advectus ad oras
ignarusque loci, fido comitatus Achate, 5
indicio matris regnum cognovit Elissae.
quin etiam nebula saeptus pervenit in urbem,
abreptos socios undis cum classe recepit
hospitioque usus Didus per cuncta benignae
excidium Troiae iussus narrare parabat. 10

7–8 *locum ut Baehrens statuit corruptissimum exempli gratia ita refictum velim:* bis quinos longoque legat pro carmine versus, / Aeneidos totum corpus et esse putet 7 feci legerent E : felice gerent P : legere ut feci *cod. Gudianus* : legerent feci C quos] qui *Ziehen* 9 probitate *Burman* mea *in* meae *mut.* E *m. 2* crimine nullo *Tollius* : carmine (r *supra* m *add. in* E *m. 2*) nullum *codd.* 10 liboris E : lab- P titulo* *scripsi* : -lum *codd.* : -los *Tollius*

I *Monosticha segregata titulis praemissis exhibent* EZP (*sine Ovidii mentione* EP) *Monost.* libyae (-ię Z) ZP : libie E : libyes R depellitur R : con(com-)p- EZP : adp- *edd. plerique* oras *Ribbeck* (*cf. Aen. 1,365* devenere locos, *Tac. Hist. 3,4,2* portum Herculis Monoeci depellitur) : oris R : undis EZP (*fort. ex* III,6) 1–10 *om.* Z 4 naufragus et EP : iactatus R est aduectus EP : peruenit R 7 in E : ad R (*de* P *non liquet*) 8 abreptos socios undis EP : adreptosque u- s- R 9 benignae R : -ne EP

II

Funera Dardaniae narrat defletque secundo.

Conticuere omnes. tum sic fortissimus heros
fata recensebat patriae casusque suorum:
fallaces Graecos simulataque dona Minervae,
Laucontis poenam et laxantem claustra Sinonem,
somnum, quo monitus acceperat Hectoris atri, 5
iam flammas, caedes Troum patriaeque ruinas
et regis Priami fatum miserabile semper
impositumque patrem collo dextraque prehensum
Ascanium, frustra a tergo comitante Creusa,
ereptam hanc fato, socios in monte repertos. 10

III

Tertius errores pelagi terraeque requirit.

Post eversa Phrygum regna ut fuga coepta moveri
utque sit in Thracen primo devectus ibique

II *Monost.* defletque EZP : flectaeque R : fletusque ς secundus P 1 tum R : tunc *cett.* 2 patriae EPR : troi(a)e Z *m. 2,* ς (*pauci*) 4 laucoontis E : laocoon- PRς : laccon- Z : laocon- ς et ZPR : *om.* Eς 5 acceperat EZ : -rit PR 6 caedes *scripsi* : c(a)eli *codd.* 7 regnum p- fato R (*solus*) 9 a E (at *m. 2*) : *om.* ZPR 10 sociosque Z repertos EZ : receptos PR

III *Et monost. et decast. om.* R 1 ut E : *om.* ZPς 2 primum E : uento P

moenia condiderit Polydori caede piata,
regis Ani hospitium et Phoebi responsa canentis,
coeptum iter in Cretam, rursus nova fata reperta, 5
naufragus utque foret Strophadas compulsus ab undis,
inde fugam et dirae praecepta horrenda Celaenus
liquerit utque Helenum perceptis ordine fatis,
supplicem Achaemeniden Polyphemo urgente receptum
amissumque patrem Drepani. sic deinde quievit. 10

IV

Uritur in quarto Dido flammisque crematur.

At regina gravi Veneris iam carpitur igni.
consulitur soror Anna; placet succumbere amori.
fiunt sacra deis, onerantur numina donis.
itur venatum; Veneris clam foedera iungunt.
factum fama notat. monitus tum numine divum 5
Aeneas classemque fugae sociosque parabat.
sensit amans Dido; precibus conata morari,
postquam fata videt nec iam datur ulla facultas,

4 Ani *Ribbeck* : anii E : in P : et Z : ad ς canentis *Baehrens* : -enti P : -ebant Z : -ebat Eς 5 cretā E : certum Z : creten Pς, *edd.* 6 strofadum P ab undis E : ad undas (-am P) ZPς : ad udas *Heinsius* 7 et dirae praecepta (h)orrenda EP : atque iter enarrat praecepta Z, *et sim.* ς (*nisi quod* et irae (*vel* iree) *codd. Bernenses 165 et 184*) 8 pr(a)eceptis Eς, *seu teste Baehrens codd. omnes* 10 que *om.* E dripanis *vel sim. codd.*

IV *Monost.* flammisque crematur (*sc. pyrae*) EZP : -masque fatetur R 5 factum fama notat EZP (*num* Fama *scribendum?*) : -ti fama uolat R 7–8 *ita distinxi, vulg.* Dido, pr- co- morari. / postquam sensit ER : sentit ZP 8 *Anne* facta? uidet E, *cod. Bernensis 184* : iubent *cett., quo accepto Verg. Aen. 4,614 vix apte citat Riese* facultas ER : uoluptas PZ : loquendi ς

conscenditque pyram dixitque novissima verba
et vitam infelix multo cum sanguine fudit. 10

V

Quintus habet ludos quos concelebrabat Acestes.

Navigat Aeneas. Siculas defertur ad oras.
hic Manes celebrat patrios. una hospes Acestes.
ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
prodigium est cunctis ardens adlapsa sagitta.
Iris tum Beroen habitu mentita senili 5
incendit naves, subitus quas vindicat imber.
in somnis pater Anchises quae bella gerenda
quoque duce ad Manes possit descendere monstrat.
transcribit matres urbi populumque volentem
et placida Aeneas Palinurum quaerit in unda. 10

VI

Quaeruntur sexto Manes et Tartara Ditis.

Cumas deinde venit; fert hinc responsa Sibyllae.

V *Et monost. et decast. om.* R *Monost.* quos concelebrabat acestes Z : quis concelebratur aceste P : quos concelebrar *ceteris erasis* E : et classem corripit ignis ς 4 prodigiū EZP : -giosa ς : -gio *Heinsius* elapsa Z : de- *cod. Bernensis 165, fort. recte* 5 Iris tum *Ribbeck* : iris item E : iris nutricem Zς : nutricem P : iris tunc ς 7 *Pro hoc versu alium qui fuit* tunc (g)natum Anchises solatur noctis in umbris *habent P et* ς *aliquot; quem inter 6 et 7 inserunt* Z *et cod. Valencenensis 389* 8 narrat Pς 10 placida E (*cf. Aen. 5, 848*) : -idum Zς : -itum P *Anne* Palinuron (*cf. VI, 5; IX, 8*) ? unda E : undis ZPς

Misenum sepelit; mons servat nomen humati.
ramum etiam divum placato numine portat
ad vatis tecta atque una descendit Avernum.
agnoscit Palinuron ibi, solatur Elissam 5
Deiphobumque videt lacerum crudeliter ora.
umbrarum poenas audit narrante Sibylla.
convenit Anchisen penitus convalle virenti
cognoscitque suam prolem monstrante parente.
haec ubi percepit, graditur classemque revisit. 10

VII

Septimus Aenean reddit fatalibus arvis.

Hic quoque Caietam tumul⟨o da⟩t; deinde profectus
Laurentum venit, hanc verbis cognoscit Iuli
fatalem terram; 'mensis iam vescimur' inquit.
centum oratores pacem veniamque petentes
ad regem mittit Latii tunc forte Latinum, 5

VI 2 seruans R 3 etiam ante deum *vel sim.* ς *Punctum post* portat *vulg. positum removit Baehrens* 4 ad EP : at ZR uatis E : uates *cett.* tecta atque *vel sim.* EZ : long(a)eua PR Averno *Francius* 5 palinuron ibi E : -rum et ibi *cett.* (-rum ubique hortatur Z) 7 audit] discit (-cet) ς 8 conspicit Z anchisem P penitus conualle (cum u- Z) EZ : -tusque (patrisque P) in ualle PR 9 cognoscitque E : agn- *cett.* monstrante EZ : narra- PR

VII *Monost.* aenean P ς (*pauci*): -am *cett.* 1 tumulo dat *L. Mueller* : tumult E : sepelit tum *vel sim. cett.* 2 laurentum EZ : lauinium P : laurentumque R hanc ER : hic Z : ac P cognoscit E : ag- Z : cognouit PR 3 iam E : hic P : en R mensas consumimus Z 5 mittit EZ : mittunt PR latii E : licū Z : laeti PR tunc EZ : tum PR forte E (*ex* fonte), P : deinde Z : sorte R

qui cum pace etiam natae conubia pactus.
haec furia Allecto Iunonis distrahit ira.
rex cedit fatis, quamvis pia vota repugnent.
belli causa fuit violatus vulnere cervus.
arma ferunt gentes sociae, flat bella iuventus. 10

VIII

Praeparat octavo bellum quos⟨que⟩ armet in hostes.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce,
mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
qui petat auxilium et doceat quae causa petendi.
Aeneas divum monitis adit Arcada regem,
Evandrum Arcadia profugum nova regna tenentem. 5
accipit auxilia et natus socia agmina iungens
Evandri Pallas fatis comes ibat iniquis.
iamque habilis bello et maternis laetus in armis

6 nata R 7 haec *L. Mueller* : hic E : hos Z : hoc PR furia Z ς (*pauci*) : -am E : forte PR distrahit Z : -truit E : dissipat PR iram R 8 rexedit (c *supra* xe *add. m. 2*) E : resedit Z : concurrunt PR fatis *Baehrens, coll. Aen. 7, 594* : furiis EZ : dictis PR vota *L. Mueller* : fata *codd.* 10 *Sic* E (*sed* sociadat bella, *quod corr. Riese*) : tum (tunc Z) gentes sociae (-ia P) arma parant (fremunt Z) fremit arma (ipsa Z) iuuentus ZPR *ex c. 653* (*Riese*), *48*)

VIII *Monost.* octavos *L. Mueller* (*sed cf. XI, 1*) quosque *Baehrens* : quos *codd.* : et q- *Heyne* armet ZP : armat E : mittat R ostem E : hostes Z : -te P : -tis R 3 et *om.* Z 4 monitis *cod. Bernensis 165* : -tu *EZR* (*sed* m- diuino Z) : -tus (s *del.*) P adit] petit *coni. Riese* arcade E 5 arcadia E : -iae *cett.* : patria *L. Mueller* tenētē E : petentem *cett.* 6 accipit] qui parat Z auxilia EZ : -ium PR et *scripsi* : hic E : huic ZR : *om.* P natus EZ : natum et PR iungens *Baehrens* : querens Z : iungit *cett.* 7 euandri EZ : -der PR

fataque fortunasque ducum casusque suorum
miratur clipeo divinam intentus in artem. 10

IX

Nonus habet pugnam nec adest rex ipse tumultu.

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur
Iunonis monitu festinat Turnus in hostem.
Teucrorum naves Rutulis iaculantibus ignem
nympharum in speciem divino numine versae.
Euryali et Nisi coeptis fuit exitus impar. 5
pugnatur: castra Aeneadae vallumque tuentur.
audacem Remulum leto dat pulcher Iulus.
fit via vi. Turnus Bitian et Pandaron altum
deicit et totis victor dat funera castris,
iamque fatigatus recipit se in tuta suorum. 10

X

Occidit Aeneae decimo Mezentius ira.

Concilium divis hominum de rebus habetur.

10 miratur EZ : sortitus PR diuinā E : -na *cett.* intentus] natus E artem E : arte Z : arte est PR

IX *Monost.* pugnam EZP : -as R rex EZP (*cf. Aen. 6, 55 al.*) : dux R (*edd.*) tumulti E 1 haec E 2 festinat turnus EZ : t- f- PR 3 naues R : in n- E : nauis ZP 4 specie E 6 pugnatur EP : -antur ZR 7 remulum EP : rom- ZR leto dat EZ : dat l- PR 8 pādoron E : pandaror Z : -arum PR altum PR (*cf. Aen. 9, 674*) : acrem E : una Z 10 tuta EZ : castra PR

X *Et monost. et decast. om.* Z

interea Rutuli portis circum omnibus instant.
advenit Aeneas multis cum milibus inde.
Mars vocat et totis in pugnam viribus itur.
interimit Pallanta potens in proelia Turnus 5
caeduntur̀que duces, cadit et sine nomine vulgus.
subtrahitur pugnae Iunonis numine Turnus.
Aeneas instat Mezenti caede piata
Lausus fata patris praesenti morte redemit.
mox ultor nati Mezentius occidit ipse. 10

XI

Undecimo victa est non aequo Marte Camilla.

Constituit Marti spoliato ex hoste tropaeum
exanimemque patri feretro Pallanta remittit.
iura sepulturae tribuit tempusque Latinis.
Evander patrios affectus edit in urbe.
corpora caesa virum passim disiecta cremantur. 5
legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances et Turnus leges aequante Latino
concurrunt dictis. Aeneas imminet urbi.

3 inde E : heros PR 5 interimit E : -remit PR 8 instat E (*cf. Aen. 10, 788*) : praes- P : pers- R Mezenti] Pallantis *Timpanaro olim, in ceteris* PR *secutus* piata PR (*vide E. Grassi, Atene e Roma, 6 [1961], 148 sq.*) : cruentus E 9 *Ita* E : et lausum inuicta peremit (inuita sternit P) per uulnera dextra PR 10 ultor *Burman* : uictor *codd.*

XI *Haec et sequentia manu secunda addita habet* Z *nimirum ex cod. aliquo deteriore sumpta* 1 spoliato *cod. Bernensis 165* : -tū E : spoliorum PR 2 exanimemq; (*ex* examine-) E : -mumque R : -mum P feretro E : natum PR 5 disiecta E : digesta PR

pugnatur. vincunt Troes. cadit ipsa Camilla.
dein reduces castris nocti cessere monenti. 10

XII

Duodecimo Turnus divinis occidit armis.

Turnus iam fractis adverso Marte Latinis
semet in arma parat pacem cupiente Latino.
foedus percutitur; passuros omnia victos.
hoc Turni Iuturna soror confundit et ambos
in pugnam populos agit ementita Camertem. 5
Aenean volucri tardatum membra sagitta
anxia pro nato servavit cura parentis.
urbs capitur. vitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo progressus utrimque
circumfusa acie vita spoliavit et armis. 10

9 ipsa E : ictu P : icta Z (*edd.*) : iacta R : acta ς 10 dein reduces *L. Mueller*: deinde duces *codd.* 10 nocti E : donec PR monenti* *scripsi*: minãti E : (cessere)m inanem P : minantur R *Cf. Sidon. Ep. 5, 17, 10* et nuntiatum est hora monente progredi episcopum de receptorio

XII 3 passuros omnia (hõnia E) uictos EP : -rus omnia uictus R 4 confundit R : contu- E : confudit P 5 ementita PR : men- E 6 aenean PR : aęneã E tardatum E : -datur PR 7 serbabit E 9 turno P progressus E : cong- PR utrimque *ad* circ- acie *pertinet*

2

Tetrasticha in cunctis libris Vergilii

R. 2
B. IV 173

Praefatio

Qualis bucolicis, quantus tellure domanda,
vitibus arboribusque satis pecorique apibusque,
Aeneadum fuerit vates, tetrasticha dicent:
contineat quae quisque liber, lege munere nostro.

Bucolica

Tityrus agresti modulatur carmen avena;
formosum pastor Corydon dilexit Alexin;
Silenumque senem sertisque meroque ligavit,
pastorumque melos faciles duxere cicutae.

2. 1–8 *om.* R 1–4 *habet* Z *sub titulo* Incipit carmen tetrasticon Ouidii Nasonis in libra bucolicon *similemque praebent alii nonnulli* (ς) *qui 1–4 vel 1–8 exhibent* : Tetrastica in cunctis libris Vergilii. prēf. E, *qui post 5–8 in Georgica tetrastichon unum (9–12 = Riese 654, 1–4), deinde in singulos Aeneidis libros duodecim (c. 3 = Riese 654, 5–52) praebet; quorum in loco in* ς *(etiam nonnullis omissis* ZR) *quattuor ad singulos Georgicon libros pertinentia habemus. haec non tam in* E *omissa quam ineunte medio aevo a grammatico quodam conficta putavit Baehrens. nobis contra quattuor in singulos Georgicon libros, sive haec ipsa sive potius alia nunc deperdita, principio fuisse ex praefatione manifestum videtur, versusque 9–12 codici* E *damni sarciendi gratia insertos vix est quod dubitemus. cetera quae habet* E *ad Aeneida pertinentia fortasse posterius adiuncta sunt* 4 munere nostro *L. Mueller* : -ra n̄sr̄a E, *cod. Bernensis 167* : carmina nostra Zς : -ne nostro *Ribbeck* 5 modulatus ς carmen auena E : -mine ruris ς 6 pastor E: per quod ς 8 melos E : sonos ς faciles duxere cicutae ς : facili deduxit auena (*ex 5, ut vid.*) E

R. 654
B. IV 444

Georgica

[Sidera deinde canit, segetes et dona Lyaei
et pecorum cultus, Hyblaei mella saporis. 10
principio breviter ventura volumina dixit.
intercidit opus coepitque referre secundo.]

R. 2
B. IV 444

I

Quid faciat laetas segetes, quae sidera servet
agricola, ut facilem terram proscindat aratro,
semina quo iacienda modo cultusque locorum, 15
edocet et messes magno cum faenore reddi.

II

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli,
pampineas canit inde comas collisque virentis
discriptasque locis vites et dona Lyaei,
atque oleae ramos pomorum et condere fetus. 20

III

Teque, Pales, et te, pastor memorande per orbem,

9–12, *quos solus habet* E, *seclusi* (*vide supra*) 12 secundo (*sc. volumine: opus primi libri fine interruptum incepto secundo resumpsit*) *scripsi*: -da E : -dum *Opitz* 13–16 *om.* R 13 quae sidera ς : quo sidere Zς 14 facile *codd.* aratro Z (*teste Riese*) ς : -ris ς 15 quo ... modo ς (*pauci; cf. Georg, 1, 193–9*) : quae ... modos Zς (*cf. Georg. 1, 52*) 16 edocet et *Baehrens* : edocuit Zς (*pauci*) : et d- ς 17–20 *om.* Z 18 inde *Bern. 165* : ille R 19 discriptasque *Baehrens* : des- *codd.* loci Rς (*plerique*) 20 ramos] *I. e. fructus, ut vid.* et condere fetus *Bern. 165* : ex ordine laetus (*etiam* laetos, letius) Rς 21 pastor *tres codd. Bernenses* : -rum ZR

et pecorum cultus et gramine pascua laeta,
quis habitent armenta locis stabulentur et agni,
omnia divino monstravit carmine vates.

IV

Protinus aërii mellis redolentia regna 25
Hyblaeas et opes alv⟨e⟩orum et cerea texta
quique apti flores examina quaeque legenda
indicat humentisque favos, caelestia dona.

2a

Aeneis

R. 654
B. IV 173

I

Arma virumque canit mira virtute potentem
Iunonis⟨que⟩ odio disiectas aequore puppes
hospitium Didus, classem sociosque receptos,
utque epulas inter casus regina requirat.

II

Conticuere omnes. infandos ille labores 5

22 gramine *Bern. 167* : -na *cett.* 23 habitant *codd.* stabulentur R ς : -lantur *Bern. 167* : stipulantur Z 25–28 *om.* R 26 et (*prius*) Z : *vel om. vel* que *reponunt* ς aluorum *codd.* texta ς (*unus*) : regna Z ς (*etiam* tecta, dona) 27 quique *Bern. 167* : quidque ς : quodque Z apti ς (*pauci*) : alibi Z : albi ς (*plerique*) : almi *Baehrens*

2 a. *Solus habet* E (*vide ad c. 2*) I AĒN E 2 Iunonisque odio *Baehrens* : -nis odio E : -nis studio *Buecheler*

deceptamque dolis Troiam patriaeque ruinas
et casus Priami dolet et flagrantia regna
ignibus et mediis raptum deque hoste parentem.

III

Postquam res Asiae deceptaque Pergama dixit,
tum, Polydore, tuos tumulos, tum Gnosia regna, 10
Andromachen Helenumque et vasta mole Cyclopas
amissumque patrem Siculis narravit in oris.

IV

At regina gravi Veneris iam carpitur igni
venatusque petit. capitur venatibus ipsa
et taedas, Hymenaee, tuas ad funera vertit, 15
postquam Anchisiades fatorum est iussa secutus.

V

Interea Aeneas pelagus iam classe tenebat
ludorumque patris tumulum celebrabat honore.
puppibus ambustis fundavit moenia Aceste⟨s⟩
destituitque ratem media Palinurus in unda. 20

VI

Sic lacrimans tandem Cumarum adlabitur oris

7 regna E : tecta *Heyne* 8 et mediis *scripsi* : reme- E : e me- E *m.* 2 (*vulg.*) 14 ipsa *Burman* : ipsis E 17 plagas (e *supra* pl) E 19 Acestes *scripsi* (*cf. Aen.* 5, 757 *sq.*) : -te E : -tae *vulg.* 21 *Anne* it lacrimans tandem ⟨et⟩ ?

descenditque domus Ditis comitante Sibylla.
agnoscit Troas caesos, agnoscit Achivos,
et docet Anchises venturam ad sidera prolem.

VII

Tu quoque litoribus famam, Caieta, dedisti, 25
intrat et Aeneas Latium reg⟨n⟩umque Latini
foedus agens. saevit Iuno bellumque lacessit
finitimosque viros Turnumque in proelia mittit.

VIII

Dat belli signum Turnus Mezentiaque arma
concivitque duces. tum moenia Pallantea 30
Aeneas adit Evandri socia agmina quaerens.
arma Venus portat proprio Vulcania nato.

IX

Atque ea diversa dum parte, hic diva Cybebe
puppes es⟨se⟩ suas nympharum numina iussit.
Euryali et Nisi caedes et fata canuntur, 35
fecit et inclusus castris quae funera Turnus.

X

Panditur interea caelum coetusque deorum.

22 domum *Buecheler* 26 intrat et *Opitz* : impereat E : impetrat *vulg.* regemque *Baehrens* Latini *Riese* : -nis E : -num *Baehrens* 29 dat *scripsi* : ut (*ex Aen. 8,1*) E 30 concivitque *Heyne* : consciu- E 33 *'inepte dictum' Riese; sed* hic (huic *Burman, ineptissime* : *anne* hac?) *pro* hoc in libro *accipiendum* 36 fecit et *scripsi* : fecerit E

iam redit Aeneas et Pallas sternitur acer.
eripuit Iuno Turnum Lausoque parentem
adiecit comitem mortis Cythereia proles. 40

XI

Oceano interea surgens Aurora videbat
Mezenti ducis exuvias caesosque sodales
et Latium proceres Diomedis dicta referre,
tum qualis pugnae succedat Volsca Camilla.

XII

Turnus, ut infractos vidisset ⟨et⟩ undique caesos, 45
ultro Anchisiaden bello per foedera poscit,
quae Iuturna parat convellere. sed tamen armis
occidit et pactum liquit cum coniuge regnum.

39 Lausoque *Heyne* : -ique E 41 oceanum E 44 *Fort.* succumbat (*cf. c. 1, XI, 9 et Liv. 22, 54, 11* pugnam ... cui ... Hannibal succubuit) Volsca *L. Mueller* : etrusca E (*edd.*) 45 vidisset et *Timpanaro* : -sset E : hos vidit et *Buecheler*

CARMEN CODICIS PARISINI 8084

3

R. 4
B. III 287

⟨Carmen contra Paganos⟩

Dicite, qui colitis lucos antrumque Sibyllae
Idaeumque nemus, Capitolia celsa Tonantis,
Palladium, Priamique Lares Vestaeque sacellum
incestosque deos, nuptam cum fratre sororem,
†inmitem† puerum, Veneris monumenta nefandae, 5
purpurea quos sola facit praetexta sacratos,
quis numquam verum Phoebi cortina locuta est,
Etruscus ludit semper quos vanus haruspex:
  Iuppiter hic vester, Ledae superatus amore,
fingeret ut cycnum, voluit canescere pluma. 10
perditus ad Danaen flueret subito aureus imber,

3. P = *cod. Paris. 8084* (*Prudentii, saec. VI*) *Inscriptionem nullam habet* P 5 *Anne* inmixtum (*sc. matrimonio Iovis et Iunonis*)*? Cf. Riese: 'mentionem Catamiti desidero'. Nam Cupidinem vel Martem significari vix adducor* nefandae *Haupt* (*cf. Aen.* 6,26) : -da P 7 uirum P **10–14** *10. 11. 12. 14, vel omnes vel aliquos, interrog. nota concludunt vulg.* **11** danain P **11–12** flueret ... mugiret (-e[t] P)] *Neque tempus neque modus placet. Post 10 versum excidisse suspicor* fluere et ... mugire et *Maehly* : fluere ... mugireque *Baehrens*

per freta Parthenopes taurus mugiret adulter.
haec si monstra placent †nulla sacrata pudica†,
pellitur arma Iovis fugiens regnator Olympi:
et quisquam supplex veneratur templa tyranni, 15
cum patrem videat nato cogente fugatum?
postremum, regitur fato si Iuppiter ipse,
quid prodest miseris perituras fundere voces?
plangitur in templis iuvenis formonsus Adonis:
nuda Venus deflet, gaudet Mavortius heros. 20
Iuppiter in medium nescit finire querellas,
iurgantesque deos stimulat Bellona flagello.
Convenit his ducibus, proceres, sperare salutem?
sacratis vestras liceat conponere lites?
dicite: praefectus vester quid profuit urbi, 25
quem Iovis ad solium †raptum tractatus abisset†,
cum poena⟨s⟩ scelerum tracta vix morte rependat?
mensibus iste tribus, totam qui concitus urbem
lustravit, metas tandem pervenit ad aevi!
quae fuit haec rabies animi? quae insania mentis? 30
†sed† Iovi⟨s⟩ vestram posset turbare quietem!
quis tibi iustitium incussit, pulcherrima Roma?
ad sac⟨r⟩a confugeret populus, quae non habet olim?

12 parthenopis P 13 sic *Haupt* : cui *Maehly* *Anne* nulli sacranda pudico? *Cf. 76* *Post hunc versum unum excidisse statuit Baehrens* 15 et quisquam] *Cf. ThLL V,2,890,79* 16 cogente *Salm.* : sog- P 21 *Anne* medio? 26 quem] quom *Ellis* *Finem versus multimodis frustra refinxerunt viri docti* 27 poenas *Delisle* : -a P tracta *pro* lenta *accipit Riese* 28 totam ... urbem *Ellis* : totum ... u- P : totum ... orbem *Mommsen* *Anne* quīs? 29 lustravit, metas *Delisle* (*cf. Aen. 10,472*) : -uis aetas P 31 sed] sic *Maehly,* (*Roncoroni*) : nempe *Haupt* : *anne* iste? Iovis (*nom.*) *Morel* : ioui P : Iovis ut *Maehly* 32 quid *Baehrens* 33 sacra *Roncoroni* : saga P confugeret populus, quae *coni. Baehrens* : ut fugeret p-, quae *coni. Roncoroni* : confugerent (*sic* P) p-, quae *vulg. olim*

sed fuit in terris nullus sacratior illo,
quem Numa Pompilius, e multis primus aruspex, 35
edocuit vano ritu pecudumque cruore
polluere insanum busti⟨s⟩ putentibus aras.
non ipse est venum patriam qui prodidit olim
antiqua⟨s⟩que domos, turres a⟨c⟩ tecta priorum
subvertens, urbi vellet cum inferre ruinam? 40
ornaret lauro postes, convivia daret,
pollutos panes infectans ture vaporo
poneret, in risum quaerens quos dedere morti
†gallaribus† subito membra circumdare suetus,
fraude nova semper miseros profanare paratus? 45
sacratus vester urbi quid praestitit, oro,
qui †hierium† docuit sub terra quaerere solem,
cum sibi forte pirum fossor de rure dolasset,
†diceretque† esse deum comitem Bacchique magistrum,
Sarapidis cultor, Etruscis semper amicus? 50
fundere qui incautis studuit contecta venena,
mille nocendi vias, totidem cum quaereret artes;

36 vanos ritus *Baehrens* **37** polluere *Morel* : -uit P insanum *sic Roncoroni* (*exclamationem faciebant*) bustis *Morel* : -ti *P* **38** nonne *De Rossi* iste *Maehly* venum patriam *Haupt* : uinum patriae P tradidit *coni. Baehrens* (*Lucan.* *4,206* tradita venum / castra *coll. Mommsen*) **40** *Post* ruinam *comma ponunt vulg.* **41** adiret *Ellis* **42** infectans *Delisle* : -tous P : -tos *Riese* **43** quos (*Delisle*) dedere *Morel* : quodedere P : quos dederet *Haupt* morti] *Sc. spirituali* **44** collaribus *Haupt* circumdare membra *Maehly* (*Riese*) suetus *Haupt* : subitus P : suevit *Riese* **45** profanare] *Idem valet quod* profanos facere *in 82* **47** quiḍ P Hierium *De Rossi* : Himerium *Ellis* **49** diceretque] -eret *Ellis* : dicens *Baehrens* : *anne* dixitque *vel* dixit et? ministrum (*i.e. Priapum*) *Haupt* **51** contecta *scripsi* : concerta P : concepta *Delisle* : contrita *Haupt* (*sed haec venena animae nocent, non corpori*) : confecta *Baehrens* : concocta *Maehly* **52** cum quaereret *Thomas* : conquer- P

perdere quos voluit, percussit, luridus anguis,
contra deum verum frustra bellare paratus,
qui tacitus semper lugeret tempora pacis 55
ne⟨c⟩ proprium interius posset vulgare dolorem.
Quis tibi, taurobolus, vestem mutare suasit,
inflatus dives subito mendicus ut esses
obsitus et pannis, modica stipe factus epaeta,
sub terram missus, pollutus sanguine tauri, 60
sordidus, infectus? vestes servare cruentas,
vivere cum speras viginti mundus in annos?
ambieras censor meliorum laedere vitam,
hinc tua confisus possent quod facta latere,
cum canibus Megales semper circumdatus esses, 65
quem lasciva cohors (monstrum) comitaret ovantem.
Sexaginta senex annis duravit, ephebus
Saturni cultor, Bellonae semper amicus,
qui cunctis Faunosque deos persuaserat esse,
Egeriae nymphae comites, Satyrosque Panasque, 70
nympharum Bacchique comes Triviaeque sacerdos;
quem lustrare choros ac molles sumere thyrsos
cymbalaque imbuerat quatere Berecyntia mater;

56 nec *De Rossi*: ne P ulterius *Riese olim* 59 stipe factus epaeta *Morel*: stepefactusepeta P 60 terra P 61 servare] *'Sc. suasit' Riese* 62 cum] num *Baehrens* annos *vel* annis P 63 ambieras *Buecheler*: abi- P laedere *scripsi*: ced- P : caed- *Ellis* 65 canibus] *Gallos significari monuit Morel* Megales *idem*: magalis P 66 lasciva cohors *Haupt*: la · ciuacortum P comitaret ovantem *Morel* (-tum *coni. Riese*) : -recouantem P 67–68 duravit efebus (efoe- P), / Saturni *vel* duravit, efebus, / Sat- *edd. Sed intellegendum est: cum efebus esset, Saturnum colebat* 69 cunctis Faunosque *Delisle*: qu.ctis faunosique P 70 saturosquepoenasque P, *corr. Delisle* 71 comes Triviaeque *Delisle* (*cf. Petron. 133,3*) : comaetriuaeque P 72 thorusacmolessumerethyrcos P, *corr. Morel* (*coll. Aen. 7,390*) 73 -que *idem*: quem P

†quis galatea† potens iussit Ioue prosata summo,
iudicio Paridis pulchrum sortita decorem. 75
sacrato nulli liceat servare pudorem,
frangere cum vocem soleant Megalensibus actis.
Christicolas multos voluit sic perdere demens,
qui vellent sine lege mori, donaret honores
oblitosque sui caperet quos daemonis arte, 80
muneribus cupiens quorundam frangere mentes
aut alios facere parva mercede profanos
mittereque inferias miseros sub Tartara secum.
solvere qui * voluit pia foedera, leges,
Leucadium fecit fundos curaret Afrorum, 85
perdere Marcianum †sibi†, proconsul ut esset.
Quid tibi diva Paphi custos, quid pronuba Iuno
Saturnusque senex potuit praestare sacrato?
quid tibi Neptuni promisit fuscina, demens?
reddere quas potuit sortes Tritonia virgo? 90
dic mihi, Sarapidis templum cur nocte petebas?
quid tibi Mercurius fallax promisit eunti?
quid prodest coluisse Lares Ianumque bifrontem?
quid tibi Terra potens, mater formonsa deorum,
quid tibi sacrato placuit latrator Anubis, 95
quid miseranda Ceres, subrepta Proserpina matri,
quid tibi Vulcanus claudus, pede debilis uno?

74 Cytherea *Morel; sed infinitivus desideratur* **79** quis, vellent *Maehly, fort. recte. Ceterum hoc quoque loco animae mors significatur* **80** oblitosque *Morel* : -tusque P sui] dei *Riese olim* **82** prava *Maehly, cuius errori adstipulati sunt Baehrens et Riese* **84** qui *Haupt* : quis P demens *supplere voluit Maehly,* semper *Riese,* validas *Roncoroni* **86** sibi] studuit* *conieci* : sivit *Timpanaro per litteras* **87** Paphi *Haupt* : phafus P Iuno P (*nunc deletum*) **96** miserandecaeris P subrepta ... matri *Usener* : subteș^{r} ... mater P : subtracta ... matri *Roncoroni* : mater ... subter *Maehly*

quis te plangentem non risit, calvus ad aras
sistriferam Phariam supplex cum forte rogares,
cumque Osirim miserum lugens †latrator Anubis† 100
quaereret, inventum rursum quem perdere posset,
post lacrimas ramum fractum portares olivae?
vidimus argento facto iuga ferre leones,
lignea cum traherent iuncti stridentia plaustra,
dextra laevaque †situm† argentea frena tenere, 105
egregios proceres currum servare Cybellae,
quem trahere⟨t⟩ conducta manus Megalensibus actis,
arboris excisae truncum portare per urbem,
Attin castratum subito praedicere solem.
artibus heu magicis procerum dum quaeris honores, 110
sic, miserande, iaces parvo donatus sepulcro.
sola tamen gaudet meretrix te consule Flora,
ludorum turpis genetrix Venerisque magistra,
composuit templum nuper cui Symmachus heres.
omnia quae in templis positus tot monstra colebas. 115
ipsa mola et manibus coniunx altaria supplex
dum cumulat donis votaque in limine templi
solvere dis deabusque parat superisque minatur,
carminibus magicis cupiens Acheronta movere,

99 Fariam *cod. secuti edd.* 100 lugens *Mommsen* : lugis P latrator Anubis (*ex 95*)] anquireret Isis *Baehrens* 101 quaereret *Mommsen* : querenet P : quae tenet *Delisle* 102 portares *Riese* (*in addendis ad vol. II retraxit*) : -et P 103 factos *De Rossi* 104 ceu *Baehrens* 105 situm] istum *Riese* : *anne* ipsam? 106 stipare *vel* sectare *coni. Baehrens* Cybellae *Salm.* : cirillae P : Cibellae *Ellis* : Cybebae *Mommsen* (Cub- *Morel*) 107 traheret *Delisle* : -ere P 108 arboris *Salm.* : -ibus P 110 heu *Ellis* : seu P : sed *Baehrens* quaeris *Delisle* : -res P 111 iaces *Delisle* : iacis P donate *Ellis* 115 positus *suspectum* 116 mola et *Dobbelstein* : molat P : mola ac *Ellis* 117 limina P 118 minatur *Morel* : -us P

praecipitem inferias miserum sub Tartara misit. 120
desine post hydropem talem deflere maritum,
de Iove qui Latio voluit sperare salutem.

CARMINA CODICIS VOSSIANI Q. 9

4

R. 5
B. I 198

Precatio Terrae Matris

Dea sancta Tellus, rerum naturae parens,
quae cuncta generas et regeneras †sidus†,
quae sola praestas gentibus vitalia,
caeli ac maris diva arbitra rerumque omnium,
per quam silet natura et somnos capit 5
itemque lucem reparas et noctem fugas:
tu Ditis umbras tegis et inmensum chaos

4. *De hoc et eo quod sequitur vide praef. pp. X sq. Habent Voss. Lat. Quart. 9 saec. VI* (L) *et Vratislav. saec. IX* (B)*; etiam, qui vix ullius momenti sunt, Laurentiani 73, 16 et 41* herbarium salubrium legendarum medicinalium praecatio terrae matris carmen sic dicis L : Inc̄i precatio terre B 2 sidera *Schneider* : in dies *Buecheler* : saecula *Goetz* : indidem *Baehrens* 3 quae *Schneider* : quod LB vitalia *Baehrens* : tutela LB : tutelam omnibus *Schneider* : tuam tutelam (*ante* gentibus) *Riese* 4 arbitra rerumque *cod. Laur. 73, 16* (*saec. XIII*) : -tratumq; L : -trarumq; B 5 quem L, B (*corr. m. 2*) somnos B : -nus L : -num *cod. Laur. 73, 16* concipit *Baehrens* 6 itemque *cod. Laur. 73, 16* : idēque LB praeparas L 7 inmensum *Schneider* : -sus L : -sos B

ventosque et imbres †tempestatesque† contines
et, cum libet, dimittis et misces freta
fugasque solem et procellas concitas 10
itemque, cum vis, hilarem promittis diem.
tu alimenta vitae tribuis perpetua fide
et, cum recesserit anima, in te refugimus.
ita, quidquid tribuis, in te cuncta recidunt.
merito vocaris Magna tu Mater deum, 15
pietate quia vicisti divum numina.
tu ⟨es⟩ illa vere gentium et divum parens,
sine qua nil maturatur nec nasci potest.
tu es Magna, tuque divum regina ⟨es⟩ dea.
te, diva, adoro tuumque ego numen invoco, 20
facilisque praestes hoc mihi quod te rogo,
referamque, diva, gratiam [tibi] merita fide;
exaudi, quaeso, et fave coeptis meis;
hoc quod peto a te, diva mihi praesta volens:
herbas, quascumque generat maiestas tua 25
salutis causa ⟨et⟩ tribuis cunctis gentibus,
hanc ⟨nunc⟩ mihi permittas medicinam tuam.

8 tempestive *Riese* attines *Baehrens* 9 dimittes L 10 soles *Baehrens* 12 tu *Baehrens* : et LB : *del. vulg.* 13 in te refugimus*] in tete ref- *Baehrens* : in te refugiemus *Riese* 14 recedunt B 16 qui B numina *Riese* : nom- LB 17 tu es *Schneider* : tu L : tum B : tuque *Baehrens* uere L : uer et B : vera et *Schneider* : vera es *Baehrens* 18 nil maturatur *Baehrens* : nec ma(tu)ratur quicquam LB : nec moritur q- *Schneider* 19 tuque *Baehrens* : tu es LB regina es, dea *Baehrens* : -na dea LB : -na ac dea *Riese* 20 adora B nomen B 22 diva, gratiam *scripsi* : gratias d- tibi L : graciam d- tibi B : diva, gratias *Riese* : gratis, diva, tibi *Baehrens* merita fide *Baehrens* : -to fide LB : -to tibi *Riese* 23 exaudi me *Baehrens* : me rite (*pro* fide) exaudi *Riese* 25 maiestas tua *Schneider* : tua m- (mage- L) LB 26 et *addidi* tribuis B : -uas L 27 hanc nunc *Baehrens* : hanc B : hac L : et hanc *Buecheler* permittis B

veni ad me, ⟨diva⟩, cum tuis virtutibus,
quodque ex his fecero, habeat eventum bonum.
cuique easdem dedero quique easdem a me acceperit 30
sanos eos praestes. denique nunc, diva, hoc mihi
maiestas praestet ⟨tua⟩ quod te supplex rogo.

5

R. 6
B. I 140

Precatio omnium herbarum

Nunc vos potentes omnis herbas deprecor exoro
maiestatemque vestram, vos quas parens Tellus
generavit, et cunctis gentibus dono dedit.
medicinam sanitatis in vos contulit maiestatemque
ut omni generi humano sitis auxilium utilissimum. 5
hoc supplex exposco precorve:
huc adestote cum vestris virtutibus,
quia qui creavit vos, ipse permisit mihi,
ut colligam vos, favente hoc etiam
cui medicina tradita est, quantumque vestra 10
virtus potest, praestate medicinam bonam,
causam sanitatis. gratiam, precor, mihi
praestetis per tutelam vestram, ut omnibus
viribus, quidquid ex vobis fecero

28 ueniat L (*edd.*) me, diva *Timpanaro* : me LB : medicina *Baehrens* : medenti *coni. Riese* virtutibus *om. L* 29 quodque *scripsi* : quidquid (quicq-) LB : quidque *Baehrens* 30 quique L : quisquam B a me *om.* B accepirint B 31 eos praestes. denique *Baehrens* : eosdemque pr- LB *Post* praestes *lac. statuit Riese* : *alii alia* 32 tua *add. Riese*

5. 1 potentes L : potestis B 5 ut *om.* B 6 et posco B (?), *cod Laur. 73, 16* 7 adestote B : adest te L 8 ipsa B 9 fauente B : -tem L 13 tutelam L : uirtutem B 14 uribus L : uirtutibus B

cuive homini dedero, habeat 15
effectum celerrimum et eventus bonos,
ut semper mihi liceat
favente maiestate vestra vos colligere,
ponamque vobis fruges et gratias agam
per nomen maiestatis, qui vos iussit nasci. 20

16 celerrimum L : celeberr- B euentos B 18 vestra *om.* B
20 quae *cod. Laur. 73, 16*

CARMINA CODICIS PARISINI 10318 OLIM SALMASIANI

6

R. 19
B. IV 241

Praefatio

Hactenus me intra bulgam animi litescentis inipitum tua eritudo, instar mihi luminis aestimande †ade†, normam reduviare conpellit. sed antistat gerras meas anitas delibuta; et post artitum Nasonem quasi agredula quibusdam lacunis

6. *Habet solus* A. *Plac.* = *Placidi glossae* (*vide praef. p.* VIII) 1 bulgam *iniuria a nonnullis improbatum* : uurgam A (*cf. Plac.* bulga : saccus scorteus) litescentis] *I. e. delit-* inipitum] *Cf. Plac.* inipitus : implicatus vel inretitus heretudo A (*cf. Plac.* eritudo : dominatio) 2 extimandeadenormam A (*in* ade *nomen proprium delitescere iure suspicatus est Baehrens*) reduviare] *I. e. mutare* (*cf. Plac.* reduviae dicuntur spolia serpentum, quibus quotquot annis senescunt sese exuunt) 3 conpellit *Duebner* : -llet A antistat] *Cf. Plac.* antistant: meliores sunt gerras] *Cf. Plac.* gerras: nugas ineptiasque meas anitas *Loewe* : mea · sanitas A (*cf. Plac.* anitas : . . . interdum senectus est delibuta *scripsi, auctore Riese* (*cf. Plac.* delibutus : unctus) : dirib-A : diribita *Baehrens* (*cf. Plac.* diribita: digesta vel separata) et post *Duebner* : eypos A 4 artitum] *Cf. Plac.* artitus: artibus edoctus agredula] *Cf. Plac.* agredulae: ranae parvae multum in sicco morantes

baburrum stridorem averruncandus obblatero. vos etiam, 5
viri optimi, ne mihi in aginam vestrae hispiditatis arnanti
cataclum carmen inreptet, ad ravim meam mani convertite
cicuresque conspicite, ut alimones meis †carnatoriis† quam
censiones extetis. igitur conrumo sensu meam returem
quamvis vasculam Pieridem; actutum de vobis lampenam 10
comptulam spero adiutan⟨e⟩amque. cupedia praesumens
iam non exippitandum sed opit⟨ul⟩andum *p. 47 cod. Salm.*

5 baburrum] *Cf. Plac.* baburra: stult[ici]a, inepta auerrucandus (*sic* A]) *Cf. Plac.* averruncando: abominando 6 aginam (*cf. Plac.* aginam: scapum trutinae) *Duebner*: ang- A hispiditatis] *I.e. severitatis* arnanti] *Cf. Plac.* arnanti: frementi, murmuranti, *vix illa quidem ad sententiam accommodata, quae currenti vel sim. desiderare videtur* 7 cataclum] *Cf. Plac.* cataclum: clod[or]um ravim *Duebner* : rabem A mani *Baehrens, coll. Varr. L. L. 6, 4* bonum antiqui dicebant manum : magi A : magis *Riese, post* alimones *transponens* : mage *Cazzaniga* (*Parola del Passato 116* (*1967*), *362 sq.*) convertite *Riese* : copertit A (*exquisitius aliquid latere putavit Baehrens, sed cf.* conspicite) 8 cicuresque] *Cf. Plac.* cicures: placidi, quieti alimones] *Cf. Plac.* alimones ab alimento carnatoriis] *vocem ad poematia pertinentem desideramus* : *anne* carminatoriis (*cf.* carminare) *vel* Carmentariis (= *Carmentalibus*)*?* quam] *I.e. potius quam, ut in v. 18* 9 censiones] *I.e. censores, ut vid.* : *cf. Plac.* censio: multa, qua citatos si non responderant censor afficiebat conrumo (*vox ignota*)] concinno *Riese olim* returem] *I.e. returabo = aperiam; cf. Non. Lindsay 245* vasculam] *Cf.* vascum: inanem, nugatorium *Corp. Gloss. Lat. VII, 394* 10 lampenam] *Cf. Plac.* lampenae: stellae quae⟨dam⟩ sic dictae; *sed quid hic significetur incertum* 11 comptulam] *Cf. Plac.* comptula: apte ornata vel decora adiutaneamque *scripsi* -nāq; A : -neam quae *Baehrens* praesumens *scripsi* : presumentis A : -tis os *Baehrens* : -ti *Riese* 12 exippitandum] *Cf. Plac.* exippitandum: hiandum, oscitandum. *Post hanc vocem* est *add. Riese* opitulandum (*i.e.* (*sibi*) *auxilium ferendum*) *scripsi* : oppitandum A

sibi esse coniectat. ergo bene peda⟨tu⟩m me ac pudori citimum conlucatum censete, quoniam, si haec nec crepera extiterint nec fracebunt quae alucinari velut bovinator adac- 15 tus sum, voti vobis damnum usque ad exodium vitulantibus coagmentem. quis enim me non sonivium et murgissonem fabula autumabit quam mentorem exfabillabit altiboans? unde favore m⟨e⟩ exfebruate fellibrem, ut apludam †har-

13 pedatum *scripsi* : pedam A ac *Baehrens* : hac A 14 citimum] *I.e. partem proximam, aliquantulum; cf. Non. Lindsay 85* citima sunt proxima conlucatum *scripsi* : colucari A : conlucari *Loewe* : -re *Riese; cf. Plac.* conlucare: deputare quoniam] quondam *Riese* : quodsi iam *Baehrens* crepera *Duebner* : -rat A*; cf. Plac.* creperae res: incertae dubiaeque 15 extiterint *ex* -rat A fracebunt] *Cf. Plac.* fracebunt: sordebunt, displicebunt bovinator (uoui- A)] *Cf. Plac.* bovinator: tricosus et inconstans. *Quippe adversus amicorum preces se tergiversari simulat noster* 16 damnum *scripsi* : damium A *Verba* voti ... coagmentem *pro* faciam ut usque ad finem gaudentes voti me damnatum faciatis (*i.e. ut quod opto per vos accipiam*) *interpretor. nam* damium *illud* (*cf. Plac.* damium: Bonae Deae sacrum) *huic loco alienum esse iam Duebner intellexerat* ad exodium] *Cf. Plac.* ad exodium: ad finem vel terminum vitulantibus *Duebner* : -tuis (*?*) *ex* -tis A 17 non *post* et A, *transp. Baehrens* (*ante* fabula *Riese*) murgisso nem] *Cf. Plac.* murgiso: callidus, murmurator *et* murgissor: irrisor, lusor 18 autumabit *Duebner* : autam- A: diffam- *Baehrens* : aufam- *Riese* quam] *I.e. potius quam* mentorem] *Cf. Plac.* mentor: inventor exfabillabit] *Cf. Plac.* exfabillavero: exeruero (exerere *apud eundem explicationem habet* proferre) altiboans (-buans A)] *Cf. Plac.* altiboans: altisonans 19 favore me *Lindsay* : faborē (*sic*) A : favorem *Duebner* : pavore me *Baehrens* exfebruate] *Cf. Plac.* exfebruare: expurgare fellibrem] *Cf. Plac. et gloss. 'Isidorea'* adhuc lacte viventem (*sic scripsi* : laetum (lectum) uiuentem *codd.* : lacte bibentem *Baehrens* (*!*)) apludam] *Cf. Plac.* abludam: paleam harmoniae tensores apludam *Baehrens*

monie temsore† a me velut ambrone collectam adoreos ver- 20
tatis in struppos.

7

R. 20
B. IV 244

OCTAVIANI

Candida sidereo fulgebat marmore Cypris
nec cinctam reddit nobilis arte lapis,
mystica secreti dirumpens claustra pudoris
cum urtica gremio prosilit aetherio.
proles heu niveis nutritur pessima membris 5
gratum iamque locum protegit herba ferox.
sed recte factum: celantur fervida membra,
cultibus ut lateat tecta libido malis.
Mulciber an Martem metuens hoc sponte peregit,
horreat ut Mavors dulcia adulteria? 10
sordet pulchra Venus, temnuntur Cypridos artus?
quid placeat nobis, si Venus ipsa piget?

20 ambrone] *Cf. Plac.* ambronem: perditae improbitatis, *quod hic sane non quadrat* struppas A (*cf. Fest. Lindsay 410*)

7. *Praefationem sequuntur in* A *usque ad Pervigilium Veneris, cuius titulum vide, 172 carmina titulis designata. Primi huiusce inscriptio sic se habet:* Versus Octauiani (ni *supra scr.*) uiri inlustris annorum XVI filius crescentini uiri magnifici. sunt uero uersi CLXXII 2 cinctam *Haupt* : fi- A 4 e *ante* gremio *add. Haupt, praeter necessitatem* 7 celantur *Quicherat* : celen- A cultibus *Haupt* : dulcib; A : visibus *Baehrens* 9 en furtum *Baehrens* 11 *interrog. feci* sordet *Haupt* : horrit A (horret *per se satis aptum; cf. ThLL VI* 3, 2979, 3) 12 Venus *ambigue dictum*

R. 21
B. IV 244

8

Sacrilegus capite puniatur. de templo Neptuni aurum peri⟨i⟩t. interposito tempore piscator piscem aureum posuit et titulo inscripsit 'De tuo tibi, Neptune'. reus fit sacrilegii. contra dicit. *p. 48*

(Proemium)

Unde redit fulgor templis? quis inania nuper
tantis, Salsipotens, distendit limina donis?
ecce abiit damnum! splendescunt icta metallis
marmora et antiquus caedit laquearia fulgor.
pone animos laetos, quisquis testantia furtum 5
dona vides. titulis votum quod lucet opimis
gaudendum fuerat, nisi munus pauperis esset.
heu scelus et magnis nequiquam prodiga rebus
mens humilis! miseros semper quam maxima produnt!
sordidus et nigrae dudum vagus accola harenae 10
nunc aurum piscator habet gaudetque metallis.
nec satis est: donat templis, per limina figit
et titulo confessus ovat. consurgite in iram,
quis caelum, quis templa placent! modo limine in omni

8. aurum] aureum A periit *Riese*: ferit A: perit *Haupt* neptusnereus fitsalegii contradici A convincitur *add. Haupt* (*edd.*) *a viro docto M. Winterbottom admonitus quod nocabulum sustuli: cf. Sen. Contr. Exc. 10,3 et sim. Ceterum hoc carmen itemque 71 et 190 in Harvard stud. in Cl. Phil. 84 (1980), 117–217 edidi Angliceque reddidi. Post titulum* prooemium *add. Riese,* declamatio *Quicherat* 2 Salsipotens *scripsi* (*cf. Plaut. Trin. 820*): -pote A, *sequente ras., in qua* s *legere sibi visus est Haupt, legi posse negavit Boissier*: -potis *Haupt* ('*melius* Salipotis' *Baehrens*) 3 aliut A icta A (metallis = *auri radiis*): tecta *Quicherat*: iuncta *Petschenig*: picta *coni. Baehrens* 4 antiqui A caedit *Haupt*: cedit A: cepit *Riese* 6 lucit A 8 numquitnamprodita A 9 crimina *coni. Riese, male* 10 sorditus A magus A 12 ficit A 14 limina A

supplex, maiorum portans munuscula mensis 15
vel tenuem ⟨s⟩pectabat opem: nunc ditior illis
quos coluit meliorque deo est: quod perdidit ille,
hic donat. prorsus magna est iniuria Nerei:
dignus non fuerat titulis, nisi perderet aurum!
Non ⟨unum⟩ facinus caeso est auctore piandum: 20
multa patent, sed plura latent; scelus undique densum est.
tollere rem templis furor est temploque vicissim *p. 49*
rem furti donare nefas. pro dira nocentum
consilia! †in scebis† quae mens excogitet istud,
res auferre sacras et consecrare rapinas? 25
heu similis vindicta malo! nunc ipsa pudori est
vox mea, ne magnos laedat magis ultio divos.
audiet haec populus nosque hoc narrabimus; ergo
quod factum est meminisse nefas refer⟨e⟩tur in urbe.
elusus custos raptumque altaribus aurum. 30
mens audax scelus hoc, manus improba, perditus ardor,
antistes victus, penetralia prodit⟨a⟩, numen
contemptum, templum pauper, piscator abundans.
vos, o caelicolae, vestrum nunc invoco numen.
sit mihi fas reticenda loqui, dum proditur iste. 35

16 spectabat *L. Mueller* : pec- A : expec- *Haupt* 17 perdedit A 19* *interrog. faciunt edd.* 20 unum* *addidi* : tantum *Haupt* 22 temploqui A 23 mira *coni. Baehrens* 24 consilia in scaevis! *edd., vix recte; fort.* consilia! scaevi (*cf. 81.143.193*) quem A 26 heu*] sit *Riese, frustra* uindictā (*sic*) A 26–27 nunc ... mea *parenthesin faciunt edd., recte iam Petschenig* 27 magis] magnis A 28 narrauimus A 29* *Aliter dist. edd.* referetur *Quicherat* : -ertur A : -eruntur *Haupt* 31 scelus hoc *suspectum* : sceleris *Haupt* : scelus ac *Baehrens* : sc- hinc *Ziehen. Intellegere licere puto 'hoc scelus est (i. e. in hoc scelere sunt) mens audax, manus improba' etc. (Anglice: 'this crime is a matter of a bold spirit' etc.)* *Cf. Luc. 2, 198 sqq.* tot simul infesto iuvenes occumbere leto / saepe fames pelagique furor subitaeque ruinae ... numquam poena fuit, *itemque id. 7, 691–696* 32 prodit A 34 nun A

⟨*Narratio*⟩

Natus ubi, ignotum est; neque enim de limine celso
piscandi doctus ducit genus. inprobus ergo,
cum tantas terris dederit labor inclitus artes,
non Chalybum massas recoquit, non doctior aeris
ducit molle latus fulvumve intentus in aurum 40
multiplici gemmas radiantes lumine vestit,
non ager in voto est illi fortesque iuvenci,
non inlex fenus, non classica, non pia Musa,
sed spretis duro rebus placet omnibus isti
fraus, dolus et furtum pelagi. conponitur ergo 45
saeta nocens, fallax calamus et perfidus amus,
principium sceleris. iam tunc, iam perfidus iste
Neptunum spoliare parans petit alta profundi
Nereo⟨s⟩ et vitreo resupinos marmore campos.
illic sollicite ⟨per⟩ saxa madentia saetas *p. 50* 50
disponens imoque trahens animalia fundo
serus furtivum referebat munus ad urbem.
nigra iam san⟨i⟩e maduerunt moenia saepe,

36 Narratio *add. Riese* ubi *Quicherat*: ut A 38 ducerit A 39 calibū A 40 ductile mollit onus *Haupt, cui* latus *non sine causa displicuit* 43 uilex A 44 duro* *scripsi*: durꝰ– *supra* spretis A : divum *Haupt* : duris (rectis *etiam coni.*) *Baehrens* : dudum *Riese olim* : diro *vel* diro his *Ziehen* placit A istud A (istud : / fraus *Riese*) 46 calamus fallax *Haupt, praeter necessitatem* 47 iam perfidus *Riese* : inpf- A (*vix pro* valde perf- *accipere ausim*) : interritus *Haupt* : en perditus *Baehrens* : nam perfidus *Petschenig* : deperditus *vel* male fervidus (*cf. Sil. 14, 545*) *commentus sum* 48 pedit A 49 nereo A resupinos (*cf. Philostr. Vita Apollon. 4, 15* ἡ μὲν θάλαττα ὑπτία)] -nus A 50 per *add. Haupt* saetas* *scripsi* : curas A : chordas *Maehly* 51 trahensq; A 53 nigra iam sanie *scripsi* : nec palā sane A : nec paulum sanie *Haupt* : sed (*cum obelo!*) palam sane *Riese* viderunt *Petschenig*

dum relevant populos vario commercia pisce.
cernere erat genus omne maris, conpleret ut urbem: 55
hinc scarus, hinc var⟨i⟩us, hinc purpura, polypus inde,
hinc murena ardens, illinc aurata coruscans
et cancer mordax, ⟨t⟩ergo et russante locusta;
thynnus, salpa, lagos, lupus, ostrea, sepia, mullus
et quidquid captum faciebat copia vile. 60
proderat hoc illi tantum ad conpendia vitae,
nec dabat ars aliud; quamvis praedives adesset
mercatus populi, tamen hinc manus ista nocentis
vix erat aere gravis, nedum copiosior auro.
laudatus sane, quantum spectabat ad artem, 65
et stulte multis dictus 'Neptunius heros'.
hinc etiam adsiduus templo, dum solus ad aras,
solus ad altare est precibusque insistere cultor
creditur et placidos pelagi sibi poscere fluctus,
aurum (pro facinus!), veterum donaria, priscum 70
obsequium, antiquum munus, videt, arripit, aufert.
quis populi gemitus, quis tunc concursus in urbe!
quis fuit ille dies, miseri cum pendere poenas
custodes iussi fuso de sanguine crimen
ignotum insontes luerent facinusque negarent! 75
heu male magnorum semper sub nomine tali
velamen scelerum! vilis persona: quis ergo,

54 relevant *idem:* relebat A populos *ex* -lus A *m. 1* 56 uarus A, *corr. Haupt* purporapolipus A 57 ardens (*ex Ov. Hal. 113*) *Haupt* : madens A : micans *Maehly* 59 lagos *scripsi* (*cf.* lagois) : lages A : pager *Haupt* (*edd.*) : faber *coni. Riese* 61 dispendia *Baehrens* 62 abesset A 63 mercator A hin A 64 necdū A auro *ex* aurū A *m. 1* 69 placidos *ex* -dus A *m. 1* 70 profanus (ci *superscr.*) A 71 anticum A 74 fuso de] defuso *Haupt* 75 necarent A 76 neu A

despiciens hominem, tantum quis crederet umquam
pauperis esse nefas? *p. 51*
Volitat cum funere dives
multorum. ne⟨c⟩ scire potest sua crimina solus. 80
hoc rursus magna statuere primordia rerum,
quod cito tam prodit crimen quam concipit ardor.
mens hominum facinus sine fine a⟨d⟩mitteret ullo,
si posset celare diu. cultoris honore
sacrilegus lucet manibusque ablata nocentis 85
post spatium produnt crimen redeuntia dona.

Excessus

Huc, huc tergemino letali⟨a⟩ fulmina telo,
Iuppiter undarum, valido, Neptune, tridenti
concutiens maria alta iace pontoque verendus
litoreas transcende moras! stet turbidus axis 90
nubibus et zephyris fundo revolutus ab imo
gurges inexpletum feriat vada marmore cano.
piscator s⟨c⟩aevus meritum confundit utrimque:
stat post furta pius, templis tu⟨a⟩ munera reddens,
et post dona reus. pro fluctus summa potestas! 95
bis tibi calcato facta est iniuria caelo:
cum tua sacrilegus rapere⟨t⟩ donaria templo,
contemptus fueras; iam nunc obnoxius esse
coepisti, ablatum post⟨quam⟩ tibi reddidit aurum.

80 nescire A, *corr. Haupt* 81 rursus] pror- *Quicherat* magnaest · aduere A exordia *scribi potuit* 82 tam cito quod *coni. Baehrens* 83 amitteret A 84 cęlaret A 87 letali fulmine A 89 e pontoque *Haupt* 90 transcende (n *super* a *scr.*). remoras A 92 inexplicitum A 93 piscatur sęuus A utrumq; A 94 tua *Quicherat* : tu A dum munera reddit *Haupt* 95 pro fluctus summa* *scripsi* : pṙost uilissuma A : pro vilis summa *Haupt* 99 pottibireddedit A

⟨Probatio⟩

'Ars' inquit 'studiumque dedit mihi, non scelus, aurum.' 100
verum est? Eoos etenim mercator adisti
et repetis patriam longo post tempore dives!
scilicet his manibus viduatos cernimus esse
ture Arabas, Persen gemmis et vellere Seres,
dente Indos, ferro Chalybes et murice Poenos! 105
non pudet hanc artem, scelerum ⟨iam⟩, dicere, princeps?
remus, cumba, fretum, gurges, notus, ancora, lembus, *p. 52*
⟨b⟩arca, amus, pumex, conchae, vada, litus, harena,
contus, saeta, salum, calamus, †notae†, retia, suber:
hic labor, haec ars est, hinc fulvum colligis aurum. 110
mercator madidus, parvae stipis actor, ad aurum
ut venias, ⟨iam⟩ scire velim; quem quando patronus
maximus antiquo donavit tegmine vestis,
mensibus ignorant maria intermissa clientem.
'Quis me' inquit 'tantum facinus committere vidit?' 115
hoc bene habet, haec vox mihi ⟨iam⟩ confessio pura est.
nunc ergo incipiam crimen sic pandere ver⟨b⟩is
ut visum te, scaeve, putes. ergo omnis ad istud
huc ades, ⟨o⟩ iudex, facinus. signantia rebus
argumenta feram, magno quae saepta nig⟨r⟩ore 120
interdum visus fallunt, ⟨s⟩ed crimina produnt.

Probatio *hic addidi, post v. 116 Riese* 100–106 *ante 215 collocandos esse suspicatus est Riese* 101 esteo · adsitenim A 104 arabos A euuellere A 105 calipes A 106 iam *addidi:* te *Haupt* 107 fretum *ex* -us A *m. 1* 108 pumes · concęuata A 109 salum] *vix sanum; anne* cibus? notę A: mola *Haupt*: rota *Quicherat* 110 hinc] hic A 111 actor *Haupt*: auc- A 112 iam scire *Baehrens* : scire A : resc- *Haupt* : id sc- *Riese* 113 donavit *Haupt*: -arit A 116 vox haec *idem sine causa* iam *add. idem* 117 verbis *Riese*: ueris A : vere *Baehrens* 118 putes *Nipperdey*: potis A ad *Baehrens*: sub A : ob *Haupt* 119 o *add. Haupt* 120 magnoq; A nigrore *scripsi*: uigore A 121 sed *scripsi* : et A

Omne equidem furtum, dirus quod concipit ardor,
his, nisi nunc fallor, rebus constare necesse est:
an locus admittat facinus conplerier an non,
an valeat persona nefas committere tantum. 125
singula si excutimus, casurum est crimen in ipsum.
ergo, ut distinctum est, videamus ab ordine primo
an locus admittat facinus conplerier an non.
Templum est unde istud sublatum dicimus aurum
(maxima res, venerandus honos, custodia nulla), 130
quod mane expansis foribus vix vespere nigro
stridula cardinibus claudit antica retortis.
hoc patet adsidue luce omnibus, utpote quisque
influxit, precibus nec fas est claudere postes.
ingressos nulla observat custodia, nulla *p. 53* 135
egressos, licet ⟨et⟩ semper decurrere ad aras
omnibus et simulacra modis contingere †miris†.
dona etiam veterum populorum, insignia regum,
et laudare licet cunctis et tangere fas est.
ianitor hinc longe est primoque in limine custos. 140
ipse etiam interdum penitus discedit ab aris
antistes metuitque precantibus arbiter esse.
hinc facilis causa scelerum facilisque malorum.
nullus custodit templum, quia creditur aras
caelicolum servare timor. patet omnibus ergo. 145

125 adnualead A 130 *Parenthesin feci* *Post* res (= *divitiae*) *plenius dist. edd.* 131 expansis *scripsi* (*cf. Tertull. Pudicit. 6* ianuam paenitentiae expandas) : inpactis A 132 claudunt *Haupt* antiqua A 133 adsidue luce *scripsi* : -uae. licet A : -ua luce *Baehrens* : -ue, patet *Riese* 134 influxit *scripsi* : infixit A : insistit *Riese* (-tat *iam Haupt*) *Post* precibus *dist. edd.* 135 nulla observat* *Maehly* : nullos seruat A (*edd.*) 136 egressis *ex* -sos A *m. 1* decurrere *scripsi* : disc- A 137 multis* *temptavi* : cuivis *Riese olim* 138 donā A 139 lustrare *Maehly* 141 discedit *Haupt* : disse- A 145 patet *Iuretus* : petit A

Exemplum

Sic Phrygiae spes sola perit, dum milite lecto
Palladii numen servantibus undique Teucris
ingressus templum furtim non creditur hostis;
et licet Iliacus flammam Vestamque calentem
hoc metuens Pri⟨a⟩mus muris vallasset et armis, 150
dum tamen ingressos fas qui sint poscere non est,
invisum e templis antistes fugit Ulixen.
non mirum est ergo quod nos sic perfidus iste
decepit, templis numquam suspectus et aris,
sicut Pergameas caesis custodibus aras 155
audax, ut numen raperet, penetravit Achivus.

⟨Probatio⟩

Nunc, quoniam cunctis manifestum cernimus esse
ad causam scelerum templum patuisse rapinis,
quod sequitur, certo tractandum examine rerum est
an valeat persona nefas committere tantum. 160
quid metuat pauper? neque enim est iam dives habendus
et cum dona ferat; quamvis maria alta peragret *p. 54*
perditus et templis furtivum congreget aurum,
pauper erit, cui nullus honos, cui gratia nulla,
non clarus genitor, non noto semine mater. 165
scilicet horrescit prisco ne nomine avorum
dedeceat fasces, miser undique, solus ubique!

147 nomen A 149 Iliacus *Quicherat* : illiacos A: Iliados (*sc. Minervae!*) *Haupt* calentem *scripsi* (*cf. Lucan. 2,127, Virg. Georg. 4,384*) : rege- A 152 e]me A 154 decipit A 156 numeraperet A Probatio *add. Riese* 158 rapuisse A 163 congregit A 164 honus A 166 prisco ne* *Riese in addendis vol. II* : -os. ne A (*Baehrens*) : -o sine *Quicherat* 167 dedeceat* *scripsi* (*fort. debui* indeceat) : incedat in A : incidit in *Quicherat* (-dat in *iam Haupt*) : ne cadat in *Maehly* : infamet *Baehrens, sententiam saltem adsecutus*

an non hoc genus est cuius de examine multo
quisquis honoratos respexit forte parentis
ob meritum fulgere viros, mox improbus, audax, 170
fortunam incusans et tetro lividus ore
pauperiem monstrat superis ac pectore laevo
dira quiritatus fundit convicia caelo?
pauperis omne nefas facile: scelus aptus ad omne,
in pretium pronus, despectu numinis audax, 175
vilis, inops, scaevus, turpis, temerarius, ardens,
perditus, abiectus, maledictus, sordidus, amens.
an non sunt isti quorum de nomine multi,
ducere concessis dum nolunt artibus aevum,
caedibus infamant silvas et crimine cauto 180
insidias tendunt domibus gregibusque rapinas?
aut, quibus ⟨h⟩aut ulla est caro de sanguine cura,
pactas corporibus vendunt in proelia mortes.
an vobis mirum est furtum quod fecerit ille
sanguinis et vitae pretio qui extinguet honorem? 185
  Nunc age, si veris tractavimus undique causis
pauperis esse nefas quidquid peccatur in orbe,
quod superest, positis iam rebus ab ordine primo
index an sceleris sit rapto⟨r et ipse⟩ videndum est.

169 honoratus A parentis* *scripsi* : -tes A : potentes *edd.* 173 diraq;ritatus A 174 captus adonē A *Post* facile *distinxi* (*post* nefas *vulg.*) 175 pretiū *ex* -io A *m. 1* despectus A 176 iners *Baehrens* 177 maledictor *Haupt* sorditus A 178 numine A 179 concessis *apographon Leidense* : -ssum A 182 aut* *scripsi* : in A 183 pastas A corporibus* *scripsi* : temp- A uindunt A prȩlia A : praemia *Haupt* 185 pretio *scripsi* : -iū A cui *vulg.* extinguet *scripsi* : -get A : -guit *edd.* 186 age *Baehrens* quoq; A 187 urbe A 189 index an *scripsi* (*cf.* *232 sq.*) : anuindex A et ipse *add. Baehrens*

⟨Excessus⟩

Neptuni e templo votivum perdimus aurum. 190
heu male cum diris altaria iuncta metallis! *p. 55*
qui primus templis aurum dedit omine diro,
is causa scelerum primus fuit. omne paratas
in facinus mentes hominum succendier auro
non scierat? rectis semper contraria rebus 195
fulva metallorum est rabies. haec proelia miscet,
haec castos vendit thalamos, haec polluit aras.
mille nocendi artes. volumus si visere priscos,
dicite quod facinus commissum non sit ob aurum.
auro ardet Glauce, Danaë corrumpitur auro, 200
auro emitur Pluton, Phlegethon transcenditur auro,
proditur Amphiaraus atque Hector venditur auro;
hoc Medea maga est, serpens vigil, exul Iason;
hoc Mida ieiunus, Paris altus, naufraga Helle,
[hoc †sapiens furia†, Venus invida, Iuno cruenta] 205
Hippomenes cursu velox, hoc tarda Atalante est.
aurum quod nigris Pactolus miscet harenis,
quod condit †faeinus†, tristis quod celat Avernus,
quod ferrum intundit, liquidum quod conficit ignis,
quod furor exposcit demens ad proelia saeva, 210

192 primistempli A omine (*sic*) duro A 193 omnes A 196 facies *Maehly* 201 ploton · flegeton A 202 atque] et *Haupt* : *anne* auro*?* 204 ultus* *edd., perperam* naufraga Helle *coni. Riese* : -gus helles A : -ga es (*vel* -gaque) Helle *coni. Haupt* (-ga's *L. Mueller*) : -ga Hellest *Baehrens* 205 *Versum ineptum ad Discordiae malum spectantem sed deas humanis exemplis moleste impingentem seclusi* hoc Pallas furia est *Haupt* inuita A 207 *Anne* aurum est*?* pactolus ex -tulū A *m. 1* 208 fęinus A : *varia coniecta, velut* Hermus (*Baehrens*), tellus (*Riese*) 209 liquidum* *scripsi* : -dus A 210 ad *scripsi, ad milites mercenarios vel gladiatores referens* : quod A seua A : versat *coni. Riese*

quod raptum querit⟨ur⟩ coluber, quod Punica virgo
amissum plangit, Tyria damnandus in aula
Pygmalion caeso quod perdit fraude Sychaeo,
quod tutum nec templa tenent nec pauperis ardor.

⟨Refutatio⟩

['Qui raperet, donum templis non redderet' inquit.] 215
sentio quas nobis subrepto praeparet auro
callidus ambages. templorum abscondere furem *p. 56*
cultoris temptat donis et divite censu
pauperiem foedam, scelerum causamque malorum,
excusat largus. nos autem insistimus inde. 220
hoc ideo factum est ut crimen frangere possis.
hinc etiam est illud docto quod concipis astu,
squamigerum in piscem raptum vertatur ut aurum,
ut titulum inscribas: 'tibi nunc, ⟨rex⟩ alme profundi,
quod dedimus, Neptune, tuum est'. pulchre omnia, pulchre 225
dissimulas, sed vera patent. iam frangere votum est
hoc quoque, quod longo meditatum tempore profers,
argumentum ingens: 'templis non redderet aurum
qui tulerat.' macte, scelerum doctissime rhetor,
verborum auxiliis subverso crimine rerum! 230
reddere te donum deus inpulit, inpulit angor,
inpulit et scelerum mens conscia, conpulit index
furtorum semper timor anxius atraque mentis
tristities pallensque metus resecansque medullas
post causam raptus trepidis penitudo secunda. 235
haec scaevos vexant. non sunt, mihi credite, non sunt

211 querit A 212 tyrie A Refutatio *add. Riese* 215 *Versum (cf. 243) seclusi, quo retento versibus 227–229 quid faciam non reperio* 221 posses *Haupt* 222 conspicis A 224 rex *scripsi*: salis A profunde A 226 patientia · frangere A 230 subverso *Maehly*: sub certo A 231 angor *Maehly*: ardor *A (edd.)* 234 metus *sic* A

Eumenides dirae, fallax quas fabula narrat
Cocyti in gremio rapidi, Phlegethontis ad ignes
Tartarei, incinctas facibus, serpente, flagellis;
sed metus et facinus, et mens est conscia pravi. 240
Ni fallor, victum est, magno quod protulit astu.
sed superest pars magna mihi de crimine vero. *p. 57*
'qui raperet, totum templis non redderet.' ergo
hoc quoque sic vincam verum fatearis ut ipse.
sustuleras tu plus. partiris, perfide, furtum, 245
non totum reddis; superavit copia mentem.

⟨Excessus⟩

Nunc, quoniam manifesta fides gradibusque malorum
hinc illi⟨n⟩c lucent conlatis crimina rebus,
officium invadam, valeant ut cernere cuncti
piscandi doctis semper nil nequius esse. 250
hic taceam audaces ducit quod pallida semper
in scelus omne fames secretaque crimina cogunt.
hoc loquor: infaustis levior cum scanditur alnus,
quid faciant remo celeri lemboque volanti
excussum ventis pelagus cum litora frangit? 255
naufragium expectant. sidit cum rapta sub unda⟨s⟩
puppis, submersi fundo scrutantur harenas.
at cum lassatus portum vix navita vidit,

239 tartareu A 240 et (*prius*) *corruptum esse statuit Riese, sine causa* et mens est *scripsi* : m- est et A : sed (set) m- est *Baehrens* (*Riese*) 243 totum *Haupt* : donum A 245 sustuleras tu plus* *Håkanson ex commento meo* plus tuleras : templis : sustulleras templis A 246 mentem*] votum *coni. Riese, alii alia, frustra* Excessus *addidi* 251 taciā A quod *Riese* : quos A 252 crimina *scripsi* : litora (*sic*) A (*cf. 255. 259*) 254 volanti *scripsi* : -tes A 255 plangit *Petschenig* : frangunt *coni. Riese* 256 sidit *Baehrens* : sedit A

furta parant missosque secant in litora funes.
o scelerum auctores, tetro et cum crimine ponti 260
cladum participes et tempestatis amici!
haec quoque, si excutitur, quam magni criminis ars est!
non scelus est un⟨c⟩o piscem quod fallitis amo,
quod placidas subter lina intertexitis undas?
piscibus adsuetis fallaces tendere morsus 265
Neptuni pulchrum visum est non parcere templis. *p. 58*

Epilogus

Iam satis haec. factis ⟨mea⟩ vox inpensa nefandis
piscantis facinus cecinit versuque coegit
aurum, templa, nefas, titulos, epigrammata, munus.
supplicium restat scelerum, quod reddere debet 270
iudex, horrendo tollens tortore securim.
dicite, quos ius est examina figere causis,
dicite iam poenas mandatas legibus almis.
vos quoque, quis ferro mortale⟨s⟩ caedere fas est,
cum iam damnati iugulos ac colla petetis, 275
ne campis patriaeque loco nec caedite iuxta,
deprecor. ad nigras ducatur v⟨i⟩nctus harenas,
ultima despumans pelagus qua litora lambit.
hic iaceat medius ponto terrisque nefandus;
et cum sollicitum ventis mare tollitur alte, 280
destruat unda rogum rapiantque animalia corpus.
hic tamen expositis tumulos conponite membris
et titulum facit⟨e⟩ et versu hoc includite carmen:

259 scantinlitore A 260 nauctores A 263 fallidisceno A epilogi A (*'fort. transponendum post v. 246' Riese*) 267 factis *Iuretus* : functis A : furtis *Baehrens* mea *add. Haupt* *Anne* infensa*?* 268 uersusq; A 272 quos *Riese* : quod A : quis *Haupt* 275 petistis A 276 ne credite; iusta *Quicherat* cedite A 277 unctus A 280 sollicitus *ex* -tum A *m. 1* 282 exesis *Baehrens* adponite *Haupt*

'piscibus hic vixit, deprensus piscibus hic est,
piscibus occubuit. spes, crimen, poena sub uno est.' 285

9

R. 22
B. IV 256

Epithalamium

Ite, verecundo coniungite foedera lecto
  atque Cupidineos discite ferre iocos.
alliget amplexus tenerorum mater Amorum, 5
  quae regit Idalium, quae Cnidon alma regit, 4
concordesque tegat cum maiestate benigna 3
  constituat⟨que⟩ patres, et cito reddat avos. 6

10

R. 23
B. ibid.

Verba amatoris ad pictorem

Pinge, precor, pictor, tali candore puellam *p. 59*
qualem finxit Amor, qualem meus ignis anhelat.
nil pingendo neges; tegat omnia Serica vestis,
quae totum prodat tenui velamine corpus.
te quoque pulset amor, crucient pigmenta medullas; 5
si bonus es pictor, miser in suspiria pinge.

285 crimencrimepęna A

9. *5 et 3 inter se mutavit Baehrens* 5 alligit A 4 regit *bis Heinsius* : te- A q; nidos A 3 tegens *Baehrens* 6 que *add. Riese* *Post* constituat(que) *dist. edd.* et] ut *Riese*

10. *Habet etiam L* Ad pictorem *inscr. L* 2 finxit *sched.* : pi- AL Amor *Baehrens* : a- *vulg.* 5 *om.* L pulset *Oudendorp* : -sit A cruciant *sched.* 6 es *sched.* : est AL miser in* *scripsi* : -eri AL

11

R. 24
B. ibid.

Amans amanti

Dic, quid agis, formosa Venus, si nescis amanti
ferre vicem? perit omne decus, dum deperit aetas.
marcent post florem violae, rosa perdit odorem,
lilia post vernum posito candore liquescunt.
haec metuas exempla precor; et semper amanti 5
redde vicem, quia semper amat qui semper amatur.

12

R. 25
B. IV 257

Rescriptum

Non redit in florem sed munus perdit, amantis
* * * * * * * * * * * * *
quidquid vile, iacet; dulce est quodcumque negatur.
nam si formosa facili penetratur amore
†facit adulterium et munus perdit amantis†.

11. *Hoc et sequens habet etiam C* AM.N.S.A.M.I *inscr.* C (*consentaneum esset* Amans amatae, *sed cf. c. 208*) 2 perit A : ꝑte C 3 florem* *scripsi* : rorem AC (*num propter* rosa?) 4 positū A liquescunt (*i. e. dilabuntur*) *ex* liquis- AC : nigre- *Baehrens* : live- *L. Mueller* 5 et A : nec C 6 uices C *Melius* qui ... quia

12. 1 reddit C *Post* perdit *distinxi* *Post primum versum duos excidisse puto** 2 quicquid C iacit A *Post* vile *distinxi** 3 si formosam *Baehrens* (qui f- *iam L. Mueller*) facili (-le A)] -lem *Baehrens* penetratur C : penetrauit A (*Baehrens*) amator *Baehrens* 4 fecit *sched.* : fallit *L. Mueller* : *anne* flebit? adulterio *L. Mueller* et] sed *Riese* munus ... amantis *ex 1 irrepsisse pro certo habeo*

13

MARTIALIS

R. 26
B. IV 116

De habitatione ruris

Rure morans, 'quid agis?', respondeo pauca, rogatus:
mane deos oro; famulos, post arva, reviso
partitusque meis iustos indico labores.
deinde lego Phoebumque cio Musamque lacesso.
hinc oleo corpus fingo mollique palaestra 5
stringo libens. animo gaudens et fenore liber
prandeo, poto, cano, ludo, lavo, ceno, quiesco.
dum parvus lychnus modicum consumit olivi,
haec dat⟨a⟩ nocturnis elucubrata Camenis.

14

R. 27
B. IV 257

De Progne et Philomela

Da sensus mihi, Phoebe, precor; nam poena puellae

13. *Habent etiam* BV *initio Martialis quinti libri excerptorum, nec non alii* (ς), *quos enumerare non necesse est* *Titulum ut supra exhibet* A : Poeta de se ad librum suum B : Incp̄ ex VI. poeta ad liberū suū V. *In* ς *vel Avieno vel Aviano vel Catoni vel Horatio vel Ovidio versus adtribuuntur* 1 agis *codd.* (*interrog. notam add. Petschenig*) : agam *Salm.* (*edd.*) respondeo ς : -dis AV : -di B : -de *Heinsius* 2 mane A : luce BV famulans A (*Baehrens*) aruaque uiso ς 4 deinde A : inde BV 5 frico *recc. malim* palaestrae (*cf. Verg. Georg. 2, 531*) 6 animo gaudens V : g- a- AB et AV : ac B 7 poto ς : puto BV : pudo A cano ludo lauo B : ludo lauo V : lūdo lábo ceno (cano *corr. m. 1*) A ceno B : caeno V, A *corr.* : canto A 8–9 *om.* A, ς (*plerique*) 9 data (*i. e. missa*) *scripsi* : dat BV : dato *Baehrens*

14. *'Integrum non est' Meyer; 'fortasse excerptum ex maiore epyllio' Baehrens. Ceterum vide c. 51*

non habet exemplum. tristis post funera linguae
sanguis adest pingitque cruor tormenta pudoris. *p. 60*

15

LINDINI

R. 28
B. ibid.

De aetate

Vitam vivere si cupis beatam
et votis Lachesis dabit senectam,
annos ludere te decem decebit,
viginti studiis dabis severis,
triginta pete litium tribunal, 5
quadraginta velim diserta dicas,
quinquaginta stilo polita scribas,
sexaginta tuo satis fruaris,
octoginta senes caveto morbos, 10
nonaginta time labante sensu,
centum nec puer unus adloquetur.

3 adest (*i. e. auxilio est*) *scripsi* : inest A

15. *Habet etiam* C 1 vivere si *Burman* : si u- AC cupis A : uis C 2 lacesis A, *more suo* : -essis C dabis AC 3 annos ... decem] *I. e. decem annos natum; et eodem modo* viginti *ceterosque numeros intellege* decem ludere te C debit A 4 dabis] *Sc. te* 5 trigenta A, *et sic in reliquis numeris usque ad* nonaginta *Anne* adpete? 6–7 stilo polita *et* velim diserta *locis inter se mutatis habent* AC, *reposuit Pierson, non tam 'blande'* (*Baehrens*) *quam necessario* 9 *om.* C 10 senes A : senex C 11 labante *Heinsius* : labente AC 12 *Anne ex Mimnerm. 7, 9* ἐχθρὸς μὲν παισίν, ἀτίμαστος δὲ γυναιξίν?

16

AVITI

R. 29
B. IV 258

Adlocutio sponsalis

Linea constricto de pectore vincula solve
et domino te credo tuo. ne candida laedas
unguibus ora vide vel ne contacta repugnes.
est in nocte timor, non est in nocte periclum.
nec volo contendas; vinces, cum vicerit ille. 5

17

R. 30
B. ibid.

De somnio ebriosi

Phoebus me in somnis vetuit potare Lyaeum.
pareo praeceptis: tunc bibo dum vigilo.

18

R. 31
B. ibid.

De uvis

Vindicat ipsa suos, quos pertulit, uva labores;
quae pede dum premitur, subtrahit ipsa pedem.

16. 2 ne *Salm.* : nec A 4 *Anne* non est, indocta, p- ?

17. *Habent etiam* BW *cum titulis* De quodam ebrioso *et* De aebrioso 1 me foeb; *codd., corr. Salm.* 2 dum AB : cum W (*vulg. ante Riese*)

18. *V. 2 habet etiam* L *duoque alii* 2 quę A : qui L pede dum premitur AL : pede quod pr- *vulg. olim* : pede comprim- *Baehrens* : pedibus prem-* *conieci* ipsa A : ille L : illa *Sangallensis 899* (*saec. IX*)

19

R. 32
B. ibid.

De Libero patre

Orgia lassato quotiens solvuntur Iaccho, *p. 61*
sic deus uda mero ponere membra solet.

20

R. 33
B. IV 259

De Luna et Musis

Phoeba sedens gremio fert Endymiona reclinem,
languidulos pueri respiciens oculos.
vos, Heliconiadae, lentum submittite carmen.
carmine somnus abest, carmine somnus adest.

21

R. 34
B. ibid.

De statua Veneris

In gremio Veneris quoddam genus herba virescit;
sensit dura filix †quo loco† exaestua⟨t⟩ ignis.

19. 2 hic *Salm. et vulg. ante Riese, qui distichon Bacchi simulacro adscriptum putavit*

20. 1 foba A fert E- *Oudendorp* : quē fertgermana A : dum f- g- *Baehrens* : cum f- †g- *Riese* 4 abest ... adest *scripsi* : ad- ... ad- A : ad- ... ab- *Salm.*

21. *Cf. c.* 7 1 gremio *Salm.* : -ium A herba virescit *Salm.* : erbe uerescit A fervens urtica vir- *Loewe, qui* quoddam genus herba *glossam fuisse contendit, exempli gratia* 2 sentit *idem, male* filix *scripsi* (*an* filex? *Cf. ThLL s.v.*) : silex A quo luco *Oudendorp* : quo fōco *Riese* : qua parte *Loewe* : quod (*vel* quam) dulce *mallem* exaestuat *Salm.* : extaestut A : exaestuet *vulg.*

22

R. 35
B. ibid.

De vipera

Accensa in Venerem serpens genitalibus auris
sic coit ut perimat, sic parit ut pereat.
hi sunt affectus, haec oscula digna venenis
coniugioque Venus semper amore nocens.

23

R. 36
B. ibid.

De balneis

Exultent Apono Veneti, Campania Bais,
Graecia Thermopolis: his ego balneolis.

24

R. 37
B. IV 260

De titulo Luxorii cum versibus

Priscos, Luxori, certum est te vincere vates;
carmen namque tuum duplex Victoria gestat.

25

R. 38
B. ibid.

De fortuitis casibus

Omnia casus agit. fatum consulta sequuntur.
cedamus fatis: omnia casus agit.

22. 1 arvis *Hagen* 3–4* *sine causa coniecturis temptata*

24. 2 Victoria *sic Baehrens, qui de re satis obscura in P. L. M. IV, 46 sq. disputavit*

25–68. *Versus serpentini*

25. *De hoc disticho vide ad c. 64* 1 sequuntur] *I. e. secundum fata eveniunt* (*male* consultum fata *Baehrens*)

26

R. 39
B. ibid.

De Narcisso

Dum putat esse parem vitreis Narcissus in undis,
solus amore perit, dum putat esse parem.

27

R. 40
B. ibid.

De iudicio Paridis

Iudicium Paridis provexit coniuge Troiam;
delevit Troiam iudicium Paridis. *p. 62*

28

R. 41
B. ibid.

De equis Diomedis

Vim Diomedis equi monstrabant hospite caeso;
hospite freg⟨er⟩unt vim Diomedis equi.

29

R. 42

De Polyxena

* * * * * * * * * * * * * *

26. *Habent etiam* L *et Sangallensis 899*

27. 1 pro *in ras.* A 2 delevit *Wakker* : decepit A

28. 2 hospite *vulg.* (*'ab Hercule hospite abacti sunt' Riese*) : -ide A : sospite *Maehly*

29. *Distichon cum sequentis titulo periisse statuit Riese, recte, nisi peccavit is qui titulum scripsit*

30

R. 43
B. IV 261

⟨De Deidamia⟩

Credita virgo parem blande decepit Achilles,
  inplevitque piam credita virgo parem.

31

R. 44
B. ibid.

De Oreste et Clytaemestra

Pro pietate nefas matris purgavit Orestes;
  incurrit magnum pro pietate nefas.

32

R. 45
B. ibid.

De Pentheo et Agave

Fer⟨t⟩ miseranda caput domino quod monstret Agave;
  solum quod doleat fer⟨t⟩ miseranda caput.

30. *Titulum addidit Riese* (*quod Baehrens obiecit Deidamiam in c. 40 tractatam esse suo loco refutabitur*) 1–2 creditur *bis* A, *corr. m. rec.* parem *bis Oudinus* : patrem *bis* A 1 decipitachillis A 2 piam *vulg.* : pium A : etiam *Wakker (malim* inplevit castam)

31. clidemestra A

32. Agave *Salm.* : adaugi A 2 solum] *I. e. unice* *Post* solum (*et* doleat) *dist. edd.*

33

R. 46
B. ibid.

De Turno et Pallante

Turnus honore ruit fusi Pallantis in hostem;
Pallantis fusi Turnus honore ruit.

34

R. 47
B. ibid.

De Iasone et Medea

Coniugis arte decus patriae reduxit Iason;
amisit patrium coniugis arte decus.

35

R. 48
B. ibid.

D⟨e H⟩ero et Leandro

Fecit amore viam iuvenis crudele per aequor;
praedurae morti fecit amore viam.

36

R. 49
B. IV 262

De Euryalo

Unicus Euryalus †meruit† solacia matris;
ereptus matri est unicus Euryalus.

33. 1–2 fusis A *bis, corr. m. saec IX* (?)

34. 2 patrium *scripsi* (*suum patris decus, hoc est liberos, amisit*) : -ię A

35. crudele *Salm.* : -lis A 2 praedurae *vulg.* : predura A : praeduram *Baehrens* : praeclarae *Oudendorp* : *anne* praeproperae (*vel* -ram) mortis (*cf. Prop. 3, 7, 2* immaturum mortis adimus iter)?

36. euri (*ras.*) liano A 1–2 eurilianus *bis* A meruit *sensu*

37

R. 50
B. ibid.

De Hyacintho

Sanguine flos genitus fraudem testatur Ulixis;
servat erile decus sanguine flos genitus.

38

R. 51
B. ibid.

De Pallante

p. 63

Quae dedit, ipsa tulit virtus Pallanta dolendum;
prima dies, bello quae dedit, ipsa tulit.

39

R. 52
B. IV ibid.

De Creon⟨te⟩ et Medea

Mens ⟨t⟩ibi dira, Creon, vel cum Medea fugatur,
vel cum busta negas, mens tibi dira, Creon.

caret; fort. vivus (*quod facile post* -lus *vel* -nus *excidere potuit*) *vel* fuerat   2 matri *Salm.* : -is A

37. *Immo de Aiace et Hyacintho*   iaquinto A   2 erile] *Nempe ad Hyacinthum referendum. Vocabulum sane hoc loco vix congruens fort. ex Ov. Met. 10, 502* nomen erile tenet *sumptum est. Conieceram* et puerile (*sc. testatur*)

39. *'Num* et Medea *delendum?' Baehrens* (*nimirum tituli auctor Corinthio Creonti Thebanum appositum esse non animadverterat*)   1 tibi *D'Orville* : ibi A   2 negas *idem* : -at A   tibi *idem* : sibi A

40

R. 53
B. ibid.

De Laodamia

Laodamia virum qua coepit nocte mereri,
perdidit ⟨h⟩ac dulcem Laodamia virum.

41

R. 54
B. ibid.

De Theseo

Thesea magnanimum non cepit ianua Ditis;
decepit coniunx Thesea magnanimum.

42

R. 55
B. IV 263

De Iunone et Hercule

Viribus Herculeis dum noxia facta requirit,
Iuno dedit laudem viribus Herculeis.

40. De Laodamia *scripsi* (*cf. c. 30*) : deidamia A : De Deidamia *vulg. Quippe aut nomen in titulo corruptum est* (Deid- *pro* De laod- *vel* De laud-) *aut scriptor nomine in disticho iam corrupto deceptus* 1–2 Laodamia *bis scripsi*: deid- A (*rursus fort. ex titulo iam corrupto*) 2 hac *Burman* : ac A : ah *Heinsius*

42. 1 fata *Oudendorp* : pacta *L. Mueller. Sed Iuno facta* (*labores*) *requirebat quae viribus Herculeis nocere possent*

43

R. 56
B. ibid.

De Venere

Uritur igne suo fumantibus Aetna cavernis;
fervet amore Venus: uritur igne suo.

44

R. 57
B. ibid.

De tractu ⟨H⟩ectoris

Funere turbat equos necdum satiatus Achilles,
⟨H⟩ector et exanimis funere turbat equos.

45

R. 58
B. ibid.

De Aegypto et Danao

Perfida nox Danai dirarum caede sororum;
mitis Hypermestre, perfida nox Danai.

43. 2 fervet amore *Cannegieter* (*cf. c. 71, 14*) : pendet a- A : perdita (*hoc iam Pierson*) Adone *Baehrens* : plena et amore *Maehly*

44. 1 achillis A

45. *Titulum* De Danao et Hypermestra *exspectares* 2 Hypermestre* *scripsi* : sipermestrę A : Hypermestrae (*nullo commate!*) *edd.; quod si recipitur,* Hypermestrae nox mitis fuit *intellegendum* (*ita Burman*) perfidę A

46

R. 59
B. ibid.

De cygno et Leda

Carmine dulcis olor dum virginis otia mulcet,
texit furta Iovis carmine dulcis olor.

47

R. 60
B. ibid.

De Calypso et Didone

Inputat aegra toris quae fert deserta Calypso;
vim Dido incensis inputat aegra toris. *p. 64*

48

R. 61
B. IV 264

De Adone et Venere

Pingitur ora Venus ne vel contemnat Adonis;
ut roget Armipotens, pingitur ora Venus.

46. De quigno et lęta A (cigno et lęda *corr. m. saec IX*)

47. 1 quae fert* *scripsi* : quipfert A : prof- *sched.* : quia (*vel* quod) flet *Baehrens, haud male* 2 vim] *Sc. qua in se ipsam usa est* incensis *Baehrens* : inpe- A : infe- *D'Orville*

48. 1 vel] se *Riese* (*Baehrens*) : illam *Timpanaro. Sed dea vere-tur non modo ut roget iuvenis sed ne contemnat rogantem* 2 autrogitom̄ps (*i. e. omnipotens*) A, *corr. Froehner*

49

R. 62
B. ibid.

De Castore et Polluce

Ordine mortis eunt alternae ⟨in⟩ munera vitae,
inque domum fratres ordine Mortis eunt.

50

R. 63
B. ibid.

De Dolon⟨e et⟩ Achille

Praemia magna Dolon currus dum poscit Achillis,
perdidit ipse cadens praemia magna Dolon.

51

R. 64
B. ibid.

De Progne e⟨t⟩ Philomela

Sanguine muta probat facinus Philomela sorori
vimque vicem linguae sanguine muta probat.

49. dacastoriipollo A 1 alternae in (ad *alii*) *Maehly* : -nę A : -na in (ad *Baehrens*) *Petschenig* (*sed epitheton cum* mortis *iungendum*) 2 inque domum *scripsi* (*cf. c. 413, 5*) : inquemdiē A : inque diem *vulg.* Mortis *scripsi* : m- *vulg.*

50. de dolon achillis A (*'num* et Achillis *delendum?'* (*sic*) *Baehrens*) 2 perdidit *Heinsius* : prodedit A : prodidit *Salm.*

51. 1–2 stamine* *bis Maehly, perperam* 2 vimque vicem *Timpanaro per litteras* : uimq; uice A : inque vicem *Maehly* : et vice vim *D'Orville*

52

R. 65
B. ibid.

De Lemniadibus

Funera Lemniadum nescit veneranda Thoantis;
sola tamen sensit funera Lemniadum.

53

B. ibid.

De Laoconte

* * * * * * * * * * * * *

54

R. 66
B. IV 265

⟨De Glauco⟩

Squameus anguis erat qui reddidit aethera ⟨G⟩lauco;
qui tulit Archemoro, squameus anguis erat.

52. lemniatibus A 1 veneranda *corruptum esse suspicor; fort.* infanda 2 sola *cum* Lemniadum *iungendum*

53. de lauconte A : de Laocoonte *sched.* : De Glauco et Archemoro *Riese, sequenti disticho applicans. Probabilius, opinor, Baehrens* : *'apparet distichon ad Laocoontem spectans intercidisse aberrante a* de lauco- *ad* de glauco *librario'*

54. De Glauco et Archemoro *edd.* (*vide supra*); *sed cf. cc.* *37. 59. 60* 2 Archemorum *vulg. ante Riese, qui recte 'i. e. abstulit, sc. aethera'*

55

R. 67
B. ibid.

De Pelope

Fervidus axe Pelops contemnit iura tyranni;
pacta ligat socer⟨i⟩ fervidus axe Pelops.

56

R. 68
B. ibid.

De Adone

Vulnera saevus aper laesae spectanda Dianae;
flenda dedit Veneri vulnera saevus aper.

57

R. 69
B. ibid.

De Hyla et Hercule

Raptus amatus Hylas: nympharum gaudia crescunt.
Herculis ira tumet: raptus amatus Hylas.

55. 1 contemnit *Wakker* : condemnat A 2 pacta ligat *scripsi* (*cf. Prop. 4, 4, 82*) : factal- A : fata l- *vulg.* : facta piat *Baehrens* *Axe soceri usus* (*cf. Apollod. Epit. 2, 7* ταῖς Χοινικίσι τῶν τροχῶν τοὺς ἥλους οὐκ ἐμβαλών) *illum morte adfecit, cum filia matrimonium iunxit*

57. 1–2 amatus *bis Baehrens* : -tor A : aquator *Eldick* (*Riese*), *inepte* hylax A, *corr. m. antiqua*

58

R. 70
B. ibid.

De incesto partu

Prodita prole parens partus enixa biformes; *p. 65*
facta paterna luit prodita prole parens.

59

R. 71
B. ibid.

De Caphareo monte

Reliquias Danaum dira premit arte Caphareus;
Albula Tuscus amat reliquias Danaum.

60

R. 72
B. IV 266

De Ganymede

Captus amante puer aquila moderante pependit;
infamavit aquas captus amante puer.

58. de incesto (*ex* -tu) partū A · *Pentametrum ad Venerem Soli iratam pertinere neque is qui sic inscripsit neque posteri* (*ut L. Mueller, qui* partuum *coniecit*) *intellexisse videntur, nisi quod Riese in addendis versum de Pasiphaë et Minotauro esse monuit* 1 biformas A

60. *Titulo* et Hermaphrodito *add. Baehrens* (*Riese*), *nimium scriptori imperito tribuens*

61

R. 73
B. ibid.

De Pyramo et Thisbe

Pall⟨i⟩a nota fovet lacrimas decepta Themisto;
Pyramus heu lacrimis pallia nota fovet.

62

R. 74
B. ibid.

De Iocasta et Idipo

Dirum Iocasta nefas vel cum venit effera coniunx,
vel cum fit mater, dirum Iocasta nefas.

63

R. 75
B. ibid.

De Hippolyto et Phaedra

Vincere falsa pudor poterat. sed castus et insons
erubuit Phaedrae vincere falsa pudor.

64

R. 76
B. ibid.

De tumulo Achillis

Iurgia conflat Amor, ut blandius urat amantes;
ad cumulum fidei iurgia conflat amor.

61. *Tituli scriptori Themisto, quae re vera Athamantis uxor fuit* (*cf. Hygin. Fab. 4*), *et Thisbe una atque eadem fuisse visa est*

62. Idipo *scripsi* (*cf. ad c. 170, 3*) : idippo A : Oedipo *vulg.* 1 cum] con A

64. *Hoc et sequentia quattuor nec non c. 35, quae ad mythologiam referri nequeunt, ceteris posterius adsuta fuisse arbitror. Qui titulos adscripsit, nugas egit; sed huius titulus alio pertinere videtur*

65

R. 77
B. ibid.

De Niso et Euryalo

Nomen amicitiae magna pietate colendum est;
maxima pars vitae est nomen amicitiae.

66

R. 78
B. IV 267

Item unde s⟨upra⟩

Mens, ubi amaris, ama: rarum est agnoscere amicos,
rarum servare ⟨est⟩. mens, ubi amaris, ama.

67

R. 79
B. ibid.

De Apolline

Gratia magna tibi, Paean, qui pectora conples;
lector, si faveas, gratia magna tibi.

68

R. 80
B. ibid.

Epitaphion

p. 66

Nil mihi mors faciet: pro me monumenta relinquo.
tu modo vive, liber: nil mihi mors faciet.

66. etemundes A, *corr. Baehrens* 1 amicum *D'Orville* 2 servare *Baehrens* : inuenire A, *metro sensuque repugnante*

67. 1 pectore A

68. 2 nil *Salm.* : nihil A

69

PORPHYRII

R. 81
B. IV 268

⟨Versus⟩ anac⟨yc⟩lici

Blanditias fera Mors Veneris persensit amando,
permisit solitae nec Styga tristitiae:
tristitiae Styga nec solitae permisit; amando
persensit Veneris Mors fera blanditias.

Omnipotens pater huic semper concessit amori, 5
fecit nec requiem tot sibi fulminibus:
fulminibus sibi tot requiem nec fecit amori;
concessit semper huic pater omnipotens.

Purpureus tibi flos vultum non pingit, Iacche,
monstrat ne⟨c⟩ mitem frons nova laetitiam: 10
laetitiam nova frons mitem nec monstrat, Iacche;
pingit non vultum flos tibi purpureus.

Occubuit minor huic, fractis et viribus astu
torpuit oppressus Amphitryoniades:
Amphitryoniades oppressus torpuit astu 15
viribus et fractis huic minor occubuit.

Incaluit iubar hoc externis ignibus ardens
fortius; ardorem Sol sibi congeminat:

69. Porphiri *Salm.* : iorfiri A : Rufini *sched.* *Ante primum versum numerum* X *rubro colore habet* A 8 consensit A 9 purpureus *Baehrens* : -poreos A tibi ... Iacche *L. Mueller, itemque in 11–12* : sibi ... iacchum A vultus *vulg. olim* 10 leticia A 11 nouā A 12 nouultu A vultus ... · purpureos *vulg. olim* 13 decubiit A 13 *et* 16 huic *L. Mueller* : hic A (*'in pictura' Riese*) 13 *et* 15 astu *Salm.* : ęstu *et* estu A 18 *et* 19 Sol *Riese* : sol *vulg.*

congeminat sibi Sol ardorem; fortius ardens
  ignibus externis hoc iubar incaluit. 20

Deposita face Nox quaesivi⟨t⟩ lumina Phoebes,
  vulnere sed blandus hanc t⟨enet⟩ Endymion:
Endymion tenet hanc blandus sed vulnere; Phoebes
  lumina quaesivit Nox face deposita.

Armipotens deus hoc suspirat pondere, vulnus 25
  ferrea nec rabies aut furor exsuperat: *p. 67*
exsuperat furor aut rabies nec ferrea vulnus;
  pondere suspirat hoc deus armipotens.

Inpatiens Venus est, silvas dum lustrat Adonis;
  carpit si Martem, iam cui conveniat? 30
conveniat cui iam, Martem si carpit? Adonis
  lustrat dum silvas, est Venus inpatiens.

70

R. 82
B. IV 269

De tabula

Has acies bello similes cano, quas Palamedes
constituit. casu vario paribusque periclis
inscius ac sollers sistunt se; namque superbis
vana supervacue crescunt mendacia buccis

21 febis A 22 *et* 23 blando *mallem* hanc *L. Mueller* : hęc A 23 fobis (e *supra* o) A 26 *et* 27 haut *L. Mueller* 30 *et* 31 *interrog. notas posui*

70. *Carmen a Baehrens, qui maioris epyllii fragmentum esse suspicatus est, praepropere, opinor, conclamatum* *Ante primum versum numerum* XI *rubro colore habet* A 1 bello similes (*etiam* belli miles) *Salm.* : bellitio s- A : belli tiro *Petschenig* 3 ac *Oudendorp* : hac A : has *sched.* sistunt se *idem* : sistentes A 4 *Cf. Iuv. 13, 137*

et se sollertes punctis facientibus inflant. 5
en proceres, Fridi asseclae lususque magistri!
assidue similes mittuntur semper in unum,
quemque deus ded⟨er⟩it, se praefert inscius artis.
quid labor ingeniumque iuvat? cur pallidus extat
aut quid iners dubitat? securus ludat amator, 10
nummos quisquis habet. discedat lividus hostis
se doctum iactans. quod si reppertor adesset
princeps huc sollers, victum se saepe vocasset.
adversis punctis doctum se nemo fatetur.
vulnera plus crescunt punctis quam Marte sagittis. 15

71

R. 83
B. IV 271

⟨Epistula Didonis ad Aeneam⟩

Praefatio

Sic tua semper ames, quisquis pia vota requiris,
nostra libenter ⟨h⟩abe. quid carminis otia ludant,

5 facientibus (*i. e.* faventibus) *scripsi* : faben- A : fauen- *sched.* (*Baehrens*) : fallen- *Riese* : fautricibus *Oudendorp* 6 proceres] *Tali ipsi* Fridi (*cf. centonis titulum* (*Riese c. 18*) Epithalamium Fridi) asseclae lususque *Petschenig* : fridas · sectęlaurusq; A magistri *scripsi* : -ter A 7 assidue et *Oudendorp* : hacsiduit *ex* -duę A similis A unum *scripsi* : imo A : uno *coni. Riese* 8 quemque (*sc. talum*) *scripsi* : adq; (*pro* atque, *ut solet*) A : utque *Oudendorp* dederit *idem* 10 aut quid *scripsi* : adq; A : at quid *Burman* amator (*sc. lusus?*) *vulg.* : amotor A : *anne* ab arte? 12 se *Riese* : sed A 13 huc *scripsi* : hac A : ac *Oudendorp* 15 Marte *scripsi* (*cf. Ov. Met. 15, 746* Marte togaque *et al.*) : bella A (*nimirum voce* bello *pro* Marte *substituta*)

71. *Titulum om., ante primum versum numerum* XII *rubro colore habet* A

cerne bonus mentisque fidem probus indue iudex.
dulce sonat quod cantat amor. cui grata voluntas
esse potest, modicum dignetur amare poetam. *p. 68* 5

Carmen

Debuit ingrato nullam dictare salutem
laesus amor. sed nulla iuvant convicia flentem –
si modo flere vacet; nam me magis, inprobe, mortis
fata vocant. Troiane nocens, haec dona remittis?
Quamvis saepe gravi conponam carmine fletus, 10
plus habet ipse dolor; nec conplent verba dolorem,
quem sensus patientis habet. †vel regna† requiro
quae maledicta dedi miseri⟨s⟩ circumdata fatis.
pendet amore dolor, cassum dolor auget amorem.
dum studet iratas calamus celerare querellas, 15
continuit dolor ipse manum, nec plura loquentem
passus amor mentisque vias et verba ligavit.
a quotiens revocata manus dubitansque pependit
quid factura fuit trepidanti pollice! dextram
torpor et ora ligat. dum dura vocabula format 20

3 indue *Baehrens* : incole A *Vv. 4 et 6 habet* C 4 grata C : -tia A uoluntas (*sc. quam solam modicus poeta praestare valet*) C : -uptas A (*vulg.*) 5 amore *sched.* 6 dictare A : mandare C 8 inprobe *Riese* : -ba A 10 graves *Higtius* *Anne* carmina fletu? 11 habet] valet *Higtius* 12 vertenda *Riese, neque meliora priores* : *fort.* repetenda *vel* geminanda 14 pendit A : fervit (*cf. c. 43, 2*) *conieci* dolor *Hoeufftius* : domus A cassum *Riese* : castus A : clausus *Hoeufftius* : vastus *Baehrens* augit A 15 celerare *Higtius* : collorare A 16 manu A 17 mentisque *Higtius* : merit- A 18* *Post* pependit *exclamationis notam ponunt edd.* dubitansque *Maehly* : dubiũq; A 19 *Anne* quod? 20 ora *coni. Riese* : ira A *Post* ligat *puncto distinxi* format *Schrader* : fir- A

et minus explicitam commendat littera vocem,
torsit iter male tractus apex dubiaque remissus
mente pudor dum verba notat, dum nomina mandat,
flamma nocens i⟨te⟩rata redit, penitusque cucurrit
sopitus per membra calor diroque medullas 25
igne vorat. nullus confessam culpet amantem.
  Conubium nunc crimen erit? male credula votis
cuncta dedi (nec mira fide⟨s⟩) sub lege mariti,
cuius et ipsa fui; numquam nec conscia reddent
vota fidem, si talis erit non digna marito. 30
hanc reddis, Troiane, vicem? meus ista meretur
affectus? non ille torus, non conscia lecti
sacramenta te⟨ne⟩nt? totum quo crimine perdo *p. 69*
quidquid amore dedi? fatis licet, inprobe, tendas
aemula regna meis, nihil est quod, perfide, iactes: 35
fraude perit, non sorte, fides. 'sed regna petebas
debita nec rerum poteras pervincere sortem.'
si datur ire, placet. nam quod fugis unde receptus,
vota nocentis habes. nihil est quod vana querellis
verba fidemque voco; quisquis mea vulnera deflet, 40
invidiam fecisse neget. tra⟨h⟩i⟨t⟩ omnia casus,

21 comendat (*sc. chartae*) A : condemnat *Schrader* (*edd.*) *Post* vocem (-ę A) *plenius interpungunt edd.* 22 remissos A 24 iterata redit* *Petschenig* : iratаredens A : *alii frustra alia* 25 diroque *Baehrens* : dur- A 26 vorat *Burman* : fo- A confessam *idem* : -ssus A 27 tunc *sched.* : non *Maehly* erit *Baehrens* : erat A 28 fides *Higtius* : -e A 31 ista *sched.* : iste A 33 tenent *sched.* : tent A quo* *scripsi* : pro A (totum, pro, crimine *Maehly*) perdo *Higtius* : -di A 34 quidquid] quid A (quid *superscr. m. antiqua*) 37 rerum] mecum *Riese* pervincere* *scripsi* : conu- A : dev- *Maehly* : convertere *Baehrens* : coniungere *Riese* 38 nam] *Anne* nunc? quod A : quo *sched.* receptus* *scripsi* : recursus A 39 vana* *scripsi* : dura A 41 neget *Schrader* : necañt A

nec sortem natura capit.
                    Sua taedia solus
fallere nescit amor. reparatum Cynthia format
lucis honore iubar curvatis cornibus arcus,
quod de fratre rubet. cessurus lege sorori   45
consumit sua iura dies. sic continet orbem,
dum recipit natura vicem.
                    Sua taedia solus
fallere nescit amor. mersum pallentibus umbris
circumdat nox atra diem fruiturque tenebris
lege poli, peraguntque micantia sidera cursus.   50
navifragi tacet unda salis nec murmurat auster
nec flexum quatit aura nemus.
                    Sua taedia solus
fallere nescit amor. ramis ⟨quoque⟩ garrula pendens
iam Philomela tacet damno male picta pudoris,
amplexuque fovens querulos sub culmine nidos   55
pensat amore nefas, miserasque alitura querellas
nocte premit quod luce dolet.
                    Sua taedia solus
fallere nescit amor. nunc iam bene iunctus amantes
ardor alit thalamique fidem sua pignera conplent.
coniunx laeta viro, felix uxore maritus.   60

42 nec *scripsi* : dum A   sorte A   capit *Petschenig* : ra- A   41–43 casus. dum ... rapit, sua ... amor *vulg. Ceterum illa* trahit ... capit *melius abessent*   43 reparato *Baehrens*   Cynthia *Salm.* : quintia A   44 arcus *suspectum* : ardens *Maehly* : altum *Baehrens*   45 quod] quom *Higtius*   49 tenebris *sched.* : -ras A : -rans *Baehrens*   51 nauifragi *Salm.* : -ge A   sali *Burman*   53 ramis *idem* : pinnis A : primis *sched.*   ‚quoque garrula *scripsi* : garulāmane A : male garrula (*'i.e. iam non garrula' Riese*) *Burman* (*edd.*); *sed* mane *ex succedenti versu irrepsisse verisimile est*   54 male picta* A : m- victa *Burman* (*edd.*) : mulcata *malim*   55 amplexuque *sched.* : -usq; A   nidi *Burman,* natos *Maehly, imperite uterque*   58 amantes *Maehly* : -ē A   60 uxore maritus *Salm.* : -res -tos A

vota recenset amor secretaque dulcia; somnus *p. 70*
concordat cum nocte torum.
[Sua taedia solus
fallere nescit amor. fecundo semine rerum
mutat terra vices et alumni temporis auras
laeta vocat. spisso revirescit gramine campus 65
et vitreas ligat herba comas nec fallit aristas
proventu meliore dies.]
Sua taedia solus
fallere nescit amor. fessus iuga solvit arator
et noctem per vota capit. reparare labores
novit grata quies, nec cessat reddere vires 70
infusus per membra sopor durisque ministram
ruricolis dat semper opem.
[Sua taedia solus
fallere nescit amor. reparant sua litora ponti
successu post damna suo perituraque ludunt
incrementa maris dubii, regit aequora fluctus 75

62 consociat *Maehly* *Vv. 62–67* (sua ... dies) *et 72–81* (sua ... amor), *qui ad amantem de nocte vigilantem nihil attinent, interpolatos esse statui. Etenim 62–67* (sua ... dies) *inter 57–62* (sua ... torum) *et 67–72* (sua ... opem) *locum suum obtinere putari quo modo possunt? adde quod ex duabus veris descriptionibus altera redundat. Vide etiam ad 84* **64** alumni *Baehrens* : autu- A : verni *Heinsius* **65** revirescit *Burman* : reuiue- A **66** ligat (t *supra lin.*) A : agit *Maehly* : levat *Baehrens* arista *idem* **67** proventu ... dies *Burman* : -tum ... die A **68** soluet A **69** per uota (*i. e. votis optatam?*) A : post rura *coni. Baehrens* rapit *Wernsdorf* : cupit *Maehly* (*cf. Aen. 4, 530* (neque) pectore noctem / accipit) labori *Schrader* **70** novit grata *Salm.* : nonuibrata A **71** durisque* *scripsi* : rur- A **73** litura A ponti] *Fort. pro undis (cf. Aen. 1, 114)* **74** successu ... suo *Riese* : -us ... suos A post *Burman* : per A **75** regit *Salm.* : regunt A

lege sua vicibusque suis quod deperit auget.
officiis natura vacat.
Sua taedia solus
fallere nescit amor. gemmatis roscida verni
rident prata rosis et floribus arva tumescunt.
pictus ager sub flore latet, dat fronde coronas 80
lascivis natura rosis.]
Sua taedia solus
fallere nescit amor. nec grata silentia noctis
nec somni pia dona placent nec munera lucis,
[carpit et indutias fugientis non capit anni]
sed sua victus amor tantummodo vulnera pascit. 85
[inter mille dolos totidemque piacula fraudis]
Vota quidem vellem tectis peritura querellis
flere domo, vellem tacitos consumere fletus,
sed negat ipse dolor. quod iam pudor ante negavit,
scribere iussit amor. *p. 71* 90
Miseram me, cuius honestam

76 lege *Wernsdorf* : lite A 78 *Post* amor *duo hemisticha* (*ut, puta,* discussis imbribus atra / cum requievit hiems) *excidisse putavit L. Mueller* (*versum post 80 iam Wernsdorf*), *ratione, nisi forte interpolator quot versus facere debuerit non animadvertit* verni *Riese* : uesui A : visu *Wernsdorf* 79 tumescit A 80 fronte *sched.* coronę A 81 rosis] *Post* rosis *in 79 parum eleganter positum sensuque haud perspicuo; sed in versu subditivo non est quod laboremus* 84 carpit; primitias *coni. Riese; sed versum potius barbarum in locum genuini intrusum credo* 85 pascit *Salm.* : pos- A 86 *Hunc quoque versum hoc loco prorsus alienum reieci* piacula] pericula *Schrader* (*edd.*), *fort. recte* 87 vota] nota *vulg. olim* : vana *coni. Baehrens* quidem* *scripsi* : queror A tectis* *scripsi* : tacitis A : placidis *sched.* 88 tacitus (o *supra* u *scr.*) umere (perfundere *sched.*) A, *corr. Burman* : iam tabida fundere *Riese* (*!*) 89–90* *distinxi* : dolor, quod ... negavit; / scribere iussit amor miseram ... fidem *vulg.* *Cf. Ov. Her. 4, 10* dicere quae puduit, scribere iussit amor (*monuit J.M. Hunt*)

fecit culpa fidem! poteram dispergere ponto
membra manusque tuas miseramque tumentibus undis
praecipitare viam, poteram crescentis Iuli
rumpere fata manu parvumque resolvere corpus
morte gravi mersumque in viscera figere ferrum 95
vel dare membra feris; sed nostro pectore pulsum
cessit amore nefas et honesta pericula passi
corda lig⟨av⟩it amor. quis tantum in hospite vellet
hoc audere nefas? quis vota nocentis habere?
nullus amor sub laude latet. 100
Cui digna rependes,
si mihi dura paras? miserandae fata Creusae
lamentis gemituque trahens infausta peregi
vota deis durumque nefas sortemque malorum
te narrante tuli. gemitus mentisque dolorem
et lacrimas prior ipsa dedi. 105
Cui digna rependes,
si mihi dura paras? dulcis mea colla fovebat
Ascanius miseroque [puer fovebat amorem,
cui modo nostra fides] amissam reddere matrem
dum cupit, ut verum mentito pignore nomen

91 culpam A **92** *Anne* miseramve? **93** viam (*i.e. iter vel discessum*) *scripsi* : diem A **96** membra *Salm.* : mensa A **97** cessit *Schrader* : crescit A honesta *Salm.* : -as A passi* *scripsi* : -sus A **98** *Fort.* tantum quis* **99** audire A **100** laude* A : corde *sched.* : labe *Baehrens* : fraude *coni. Riese* digna *Salm.* : -ne A (*item 105. 111. 116*) **102** lamentis *Salm.* : -ta A : -tans (gemitusque) *Maehly, fort. recte* infausta *scripsi* : infanda A peregi *Wernsdorf* : -it A **103** vota deis *Salm.* : uotodies A **105** lacrimis A **107** miseroque *scripsi duobus sequentibus hemistichis exclusis* (*107 totum del. Birt*) : -rūq; A figebat *Oudendorp, fort. recte. Ceterum amor Didoni a falso Ascanio iniectus ad hunc locum vix pertinere videtur* **108** nostram fidem A **109** ut* *scripsi* : hoc A

format amor gemitusque graves atque oscula figit 110
concessus pietate dolor.
Cui digna rependes,
si mihi dura paras? nostri modo litoris hospes
nudus et exul eras, dispersa classe per undas
naufragus, ut taceam clades quascumque videbas
inpendisse tibi. licet et tibi cuncta fuissent, 115
regna tamen Carthago dedit.
Cui digna rependes,
si mihi dura paras? nihil est quod dura reposcam
quidquid nec donasse velim. quae perdere possem,
numquam damna voco. vel hoc mihi, perfide, redde *p. 72*
quod sibi debet amor. si nil pia facta merentur, 120
esse deos natura docet, non esse timendos
rerum facta probant. quid enim non credere possum?
tutus fraude manes et nos pietate perimus!
inprobe, dure, nocens, crudelis, perfide, fallax,
officiis ingrate meis! (quid verba minantur? 125
non odit qui vota dolet, nec digna rependit
quisquis laesa gemit). tibi nempe remissus habetur
lege pudoris amor, cui tanta dedisse recusem:
sceptra, domum, Tyrios, regnum, Carthaginis arces,

110 gemitusue A 111 concessus *Maehly*: confe- A (*edd.*) 112 nostro A hospis A 113 nudus et exul eras *Maehly* : nudos distuleras A dispersa classe (clade *sched.*) *Salm.* : -as -es A 114 classes *sched.* videbas *Baehrens* : -bor A : -bar *sched.* 115 et *Baehrens* : hęc A 117 reposcam *Higtius* : -cent A 118 quidquid nec* *scripsi* : nec q- A : nec quidquam A *corr. m. 1* 119 volo *vulg.* 120–121* *distinxi* : amor, si ... merentur. / esse ... docet; non *vulg.* 122 non credere] c- non A 123 totusfrauda A 125–127 *parenthesin feci* 126 *Anne* quae*? 127 quisquis* *Maehly* : quidquid A laesa* *vulg. olim* : lexa A : plexa *Heinsius* (!) nempe* *Baehrens* : mepe A 128–130 amor! qui (= *quomodo*) ... erat? *Riese*

et quidquid regnantis erat. de coniuge, fallax, 130
non de iure queror. meritum si non habet ardor,
sed quod hospes eras, non te magis esse nocentem
quam miserum, Troiane, puto, qui digna repellis,
dum non digna cupis. nondum bene siccus ad aequor
curris et extremas modo naufragus arripis undas. 135
tutior esse times et honesta pericula poscis.
cum mala vota cupis, solus tibi, dure, profecto
damna paras. fugis, ecce fugis nostrosque penates
deseris et miseram linquis Carthaginis aulam,
quae tibi regna dedit, sacro diademate crines 140
cinxit et augustam gemmato sidere frontem
conplevit nostrumque tibi commisit amorem.
sic, puto, maius habes, et adhuc sine coniuge regnas,
Aeneas, ingrate, meus. negat ira dolenti
consilium; sed praestat amor. mea vulnera vellem 145
fletibus augeri, sed iam discrimine mortis
victa feror. neque enim tantus de funere luctus
quantus erit de fratre. *p. 73*
Licet simul inprobus exul
et malus hospes eras et ubique timendus abibis,
vive tamen nostrumque nefas post fata memento. 150

132 non* *scripsi, distinctione mutata* : nec A 134 dum *Oudendorp* : sum A 136 timens inhonesta *Higtius, fort. recte* poscis *Wernsdorf* : nes- A 137 dure *scripsi* : dura A 142 conplebit A : implicuit *Maehly* 143 sic *scripsi* : nil A 144 *Ante* meus (= *quamvis meus*) *distinxi* 147 feror *sched.* : fessos A funere *sched.* : fen- A : foedere *Baehrens* 148 erat *Wernsdorf* (*edd.*), *sed quidni intellegas 'neque enim tantus de funere luctus erit quantus de fratre* (*fuit*)'? 149 malus *Baehrens* : maius A abibis* *scripsi* : haberis A 150 facta A

72

R. 84
B. IV 278

De rosis

⟨A⟩ quales ego mane rosas procedere vidi!
nascebantur adhuc neque erat par omnibus aetas.
prima papillatos ducebat ⟨tecta⟩ corymbos
altera puniceos ap⟨i⟩ces umbone levabat,
tertia non totum calathi patefecerat orbem,
quarta simul nituit nudato germine floris.
dum levat una caput dumque explicat altera nodum
necdum virgineus pudor exsinuatur amictu,
ne pereant, lege mane rosas. ⟨cito⟩ virgo senescit.

73

EIUSDEM

R. 85
B. ibid.

De rosa

Aut hoc risit Amor aut hoc de pectine traxit

72. *Confert Riese Hieronymum, ep. 26:* quis parturientem rosam et papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis et tota rubentium foliorum pandatur ambitio, inmature demessum aequis oculis marcescere videat? *Ante primum versum numerum* XIII *rubro colore habet A* 1 a *add. Baehrens,* o *Scriverius* 2 estas A 3 capillatos *Kreussler* tecta *add. Oudendorp* : fronte *Burman* 5 tertia *sched.* : -am A non] iam *Salm.* (*edd.*) galat. A perfecerat *Baehrens* 6 nudato *Cannegieter* : mutato A : nudati *Oudendorp* : maturo *Baehrens* tegmine *Scriverius* 7 levat *Salm.* : lebet A 8 necdum *Baehrens* : sicdum A : ac dum *Riese* exsinuatur *Salm.* : extenu- A 9 nec A cito *add. Salm.* : sic *sched.*

73. Eiusdem *hic et infra pro* Item *scriptum putavit Riese*

purpureis Aurora comis aut sentibus haesit
Cypris et hic spinis insedit ⟨s⟩anguis acutis.

74

EIUSDEM

R. 86
B. ibid.

De rosis

Hortus erat Veneris, roseis circumdatus herbis,
gratus ager dominae, quem qui vidisset amaret.
dum puer hic passim properat decerpere flores
et velare comas, spina libavit acuta
marmoreos digitos. mox, ut dolor attigit artus 5
sanguineaque manu tinxit sua lumina gutta,
pervenit ad matrem frendens defertque querellas:
'unde rosae, mater, coeperunt esse nocentes,
unde, tui flores, punctu⟨que⟩ latentibus armis

3 sanguis *Salm.* : a- A

74. EIUSDEM] *Vide supra* 1 roseis] *Similiter apud Claudianum* roseae ripae, roseae convalles 3 hic puer dum A, *corr. Salm.* 4 libavit] violavit *Baehrens* (*Riese*), *qui in Il. Lat. 608* exiguo cervicem vulnere libat (*sc. ensis vel cuspis*) *nihil offenderat* 5 marmoreos *Salm.* : -reus A 6 sanguineāq; manū A, *quo recepto* tinctus *Riese* 8–9 *Post* nocentes *et* armis *interrog. notas ponunt vulg.* 9 unde] *Anaphorice, opinor* (*cf. Hor. Carm. 4, 1, 33* sed cur, heu, Ligurine, cur) punctuque *scripsi* : pugnant A : -nare *Salm.* : pungunt *Scriverius* latitantibus *idem* : fallen- *Baehrens*

bella gerunt mecum? †floris est color et cruor unum† 10

* * * * * * * * * * * * * * *

75

R. 87
B. IV 279

FLORI

p. 74

Venerunt aliquando rosae. pro veris amoeni
ingenium! una die⟨s⟩ ostendit spicula florum,
altera pyramidas nodo maiore tumentes,
tertia iam calathos; totum lux quarta peregit
floris opus. pereunt hodie, nisi mane legantur. 5

76

R. 88
B. ibid.

De Musis

Clio saecla retro memorat sermone soluto.
Euterpae geminis loquitur cava tibia ventis.
voce Thalia cluens soccis dea comica gaudet.
Melpomene reboans tragicis fervescit iambis.
aurea Terpsichorae totam lyra personat aethram. 5
fila premens digitis Erato modulamina fingit.

10 gerant A floris ... unum] *Sic* A, *ne Riese credas* : floris color et cruor unum est *ante Baehrens coni. Burman et ita Riese metrum dumtaxat sanantes. Anne* floris color iste cruore est? *Veneris responsum deesse vidit Riese*

75. FLORI] De floribus *Rivinus* (*'fort. recte' Riese; sed quis* floribus *pro* rosis *usurpasset?*) 1 amoenę A 2 dies *sched.* : dię A 3 maiore *Salm.* : -ra A 5 leguntur *Baehrens*

76. *Habet etiam* C 1 soluto A : latino C 2 cava tibia ventis *om.* C avenis *Heinsius* 3 sociis AC

flectitur in faciles variosque Polymnia motus.
Uranie numeris scrutatur sidera mundi.
Calliope doctis dat laurea serta poetis.

77

R. 89
B. IV 280

EIUSDEM

Stat duplex nullo conpletus corpore Chiron.

78

R. 90
B. IV 281

Praefatio

Parvula quod lusit, sensit quod iunior aetas,
quod sale Pierio garrula lingua sonat,
hoc opus inclusit. tu, lector, corde perito
omnia perpendens delige quod placeat.

79

R. 91

De velo ecclesiae

* * * * * * * * * * * *

8 urania AC numeris *ex* -rum A

77. duplex · etnullus A, *corr. Salm.*

78. *Haec ad cc. 79–188, unius poetae opus, pertinere videntur*

79. velo] voto *Iuretus, sed titulum ad versus deperditos pertinere statuit Riese; qui tamen in addendis ad vol. II De Rossi Inscr. Chr. II, 1 ad sequentia referenti adsensus est: 'e portis ecclesiarum vela acu picta, litteris quoque insignita pendebant'*

R. 91 a
B. IV 281

80

Omnia quae poscis dominum, si credis, habebis.
quae bona vota petunt, recipit alma fides.

81

R. 92
B. ibid.

De christiano infante mortuo

Nobilis atque insons occasu inpubes acerbo
decessit, lacrimas omnibus incutiens.
sed quia regna patent semper caelestia iustis *p. 75*
atque animus caelos inmaculatus adit,
damnantes fletus casum laudemus ephebi, 5
qui sine peccato raptus ad astra viget.
felix morte sua est, celeri quem funere constat
non liquisse patrem, sed placuisse deo.

82

R. 93
B. ibid.

De iudicio Salomonis

Inventa est ferro pietas prolemque negando
conserva⟨t⟩ mater, contempto pignore victrix.

80. 2 accipit *coni. Riese, coll. Ev. Marc. 11, 24* : respicit *Baehrens, quasi* fides *dantis sit, non petentis*

81. 4 caelo (s *supra lin.*) A 6 volet *Baehrens, fort. recte*

82. 1 necando* *vulg., oscitantes* (*in addendis ad vol. II verum restituit Riese, fort. ab Iulio Ziehen admonitus* (*Philol. 59* (*1900*), *305*)) 2 conseruamatrem ... pignora A, *corr. Salm.*

83

R. 94
B. IV 282

De cereo

Lenta paludigenam vestivit cera papyrum,
 lumini ut accenso dent alimenta simul.

84

R. 95
B. ibid.

Aliter

Ut devota piis clarescant lumina templis,
 Niliacam texit cerea lamna budam;
congrua votiferae submittit pabula flammae,
 quae castis apibus praebuit ante domus.

85

R. 96
B. ibid

De magistro ludi neglegenti

Indoctus teneram suscepit cauculo pubem,
 quam cogat primas discere litterulas.
sed cum discipulos nullo terrore coercet
 et ferulis culpas tollere cessat iners,
proiectis pueri tabulis Floralia ludunt. 5
 iam nomen ludi rite magister habet.

83. 2 det *Iuretus* (*Baehrens!*)

84. 1 lumina *Salm.* : lim- A (*edd.*)

85. *Habent etiam* BVW 1 cauculo AW (*forma poetae imputanda*) : canc- B : caualo V 2 cogat BVW : -a A 3 discipulos BVW : -lo A 5 pueri BVW : -is A 6 ludi rite BW : ludere · te A : luri dite (*ex* date) V

86

R. 97
B. ibid.

De Bellerophonte

Bellerophon superans incendia dira Chimaerae
victor Gorgoneo nubila tangit equo.

87

R. 98
B. IV 283

De Chimaera

Ore leo tergoque caper postremaque serpens,
bellua tergemino mittit ab ore faces. *p. 76*

88

R. 99
B. ibid.

De Lauconte

Laucontem gemini distendunt nexibus angues
cumque suis genitis sors habet una patrem.
quod tantum iligni violarit terga caballi,
hinc lacerasse ferunt saeva venena virum.
quid sperare datur superum iam numine laeso, 5
cum sic irasci ligneus audet ecus?

86. *Habet etiam* L de bellerefonte A : Bellerofons L 1 bellerofons AL

87. *Habent etiam* BW

88. 3 tantum *Timpanaro* : tamen A : namque *Meyer* : sacra *Riese* (*coll. Aen.* 2, 230), *male ad sequentia accommodatum* 4 lacerasse *Oudendorp* : tolle- A : teme- *Maehly* : tole- *Riese in addendis* (*'vir venena toleravit'*)

89

R. 100
B. ibid.

De templo Veneris, quod ad muros
⟨extruendos dirutum est⟩

Caeduntur rastris veteris miracula templi
  inque usum belli tecta sacrata ruunt.
nam quae deiectis volvuntur saxa columnis,
  haec sunt murorum mox relocanda minis.
dilati Mavors conpendia cepit amoris: 5
  per muros quaerit iam sua templa Venus.

90

R. 101
B. ibid.

De basterna

Aurea matronas claudit basterna pudicas,
  quae radians patulum gestat utrimque latus.
hanc geminus portat duplici sub robore burdo,
  provehit et modico pendula saepta gradu.
provisum est caute, ne per loca publica pergens 5
  fucetur visis casta marita viris.

89. quiad A *Verba omissa in* A *add. sched.* 2 usu A 3 quae *Oudendorp* : qua A deiectis ... columnis *C. A. Klotz* : d- ... cateruis A : derectis ... catenis *Baehrens* : *alii alia* 4 hac *Meyer* 5 dilati] deleti *Petschenig* : dilapsi *Maehly* : dilecti *Baehrens* : pilati *Riese* (*frustra omnes; nam moras Veneris Mars praecidit*)

90. *Habent etiam* BW 2 patulum B : palatū (-um) AW : latum *Burman* : pandum *Baehrens* utrimque *Scheffer* : utrumque (-unque) *codd.* 4 prouehit BW : proibit A septa *codd.* : tecta *Scriverius* 6 fucetur* (*i. e. corrumpatur*) W : fuge- A : fusce- B

91

R. 102
B. IV 284

De Medea cum filiis suis

Opprimit insontes infidi causa parentis,
  Iasonis et nati crimina morte luunt.
sed quamvis mater vivo viduata marito
  coniugis in poenam pignora cara metat,
sacra tamen pietas insanae mitigat ausus: 5
  hunc furiata premit, hunc miserata levat.

92

R. 183
B. ibid.

De homine qui per se molebat *p. 77*

Cum possis parvo sumptu conducere asellum,
  qui soleat teretes volvere rite molas,
cur nummi cupidus sic te contemnis, amice,
  ut cupias duro subdere colla iugo?
linque, precor, gyros. poteris pistore ministro 5
  candentis quadrae munus habere sedens.
per te namque terens Cererem patiere labores
  quos quaerens natam pertulit ipsa Ceres.

91. 6 hunc ... levat] *Sc. in imagine*

92. *Habent etiam* BVW molebat AW : molat V : molunt B 4 ut BVW : et A 5 cuiros A : guirios (-or V) BVW (*cf. c. 188, 15, ThLL s. vv. gyro, gyrus*) 8 pertulit (-llit A)] *Concinnius, opinor,* non tulit*

93

R. 104
B. IV 285

De formica

Verrit tetra boum gratos formica labores
et caveis fruges turba nigella locat,
quae, licet exiguo videatur pectore, sollers
colligit hibernae commoda grana fami.
hanc iuste famulam nigri iam dixeris Orci, 5
quam color et factum conposuit domino.
namque ut Plutonis rapta est Proserpina curru,
sic formicarum verritur ore Ceres.

94

R. 105
B. ibid.

De Hecuba

Prole viro regnoque carens Priameia coniunx
dura sorte venit sub iuga nunc Ithaci;
quae cupiens tantos lacrimis aequare dolores
perpetuo planctu transit in ora canis.
quid valeat, variis monstrat Fortuna figuris: 5
post regnum in vico saucia latrat anus.

93. 3 pectore] corpore *sched.*, *fort. recte* 4 colligit *Maehly* : quodlegat A : quot legit *Baehrens* commoda *Salm.* : comodat A 6 furtum *L. Mueller* 8 verritur *Burman* : uerti- A

94. 4 ore A, *corr. m. rec.* 6 saucia] *Num lapidibus iactis? Anne* squalida? *Cf. 284,6* squalidas / saualidas rauca latravit *coni. Riese* (invita fauce l- *Oudendorp*)

95

R. 106
B. ibid.

De ansere

Aedibus in nostris volitans argenteus anser
dulcisono strepitu colla canora levat.
ales grata bono duplici; nam fercula mensae
conplet et adservat nocte silente domum. *p. 78*
solus Tarpeia canibus in rupe quietis 5
eripuit Gallis Romula tecta vigil.

96

R. 107
B. IV 286

De sepia

Femineo geminum designat nomine sexum
et candens piceum sepia claudit onus.
utilior nullus piscis per caerula oberrat,
cui pretium capto debuit esse duplum.
praestat carne cibos, apicum dat felle figuras, 5
atque brevi specie usum ad utrumque facit.
hanc potius doctos adsumere convenit escam,
quae sapit in morsu et probat articulos.

95. 2 canore A 4 silente *Salm.* : -tem A 5 rupe] rupisse A

96. 6 atque *Meyer* : et A : eque *Baehrens* : *anne* tamque?

97

R. 108
B. ibid.

De eunucho

Quem natura marem dederat, fit femina ferro;
nam teneri pubes viribus exuitur.
hinc iuvenem cernis tanto sub robore mollem,
et dubii pulcher corporis extat homo.
coniugibus cautis placita est monstrosa voluptas; 5
fidus enim custos qui sine teste datur.

98

R. 109
B. ibid.

Aliter

Incertum ex certo sexum fert pube recisa,
quem tenerum secuit mercis avara manus.
namque ita femineo eunuchus clune movetur
ut dubites quid sit, vir ⟨magis⟩ an mulier.
omnem grammaticam castrator sustulit artem, 5
qui docuit neutri esse hominem generis.

97. 1 marem *ex* matrem A 2 teneri pubes *L. Mueller* : tenerinpube A (-bes *sched.*) 3 tantos A 4 extat *sched.* : errat *ex* erat A (*Riese, coll. Liv. 31, 12, 8*) 5 voluptas *pro* deliciae *positum videtur*

98. 3 clune *Oudendorp* : crure A : more *Riese olim* 4 magis *add. Salm.*

99

R. 110
B. IV 287

De balneis

Hic ubi baiarum surrexit blanda voluptas
et rudibus splendens molibus extat opus,
rura prius, nullum domino praestantia quaestum, *p. 79*
nullaque tecta tulit glebula frugis inops.
haec nunc Bellator multo sublimis honore 5
vestivit cameris balnea pulchra locans.
prospera fa⟨c⟩ta viri naturae munera mutant,
cum salsum salubri litus abundat aqua.
Alpheum fama est dulcem per Tethyos arva
currere nec laedi gurgitibus pelagi. 10
dant simile exemplum nostri miracula fontis:
vicinum patitur nec sapit unda salum.

100

R. 111
B. ibid.

De pantomimo

Mascula femineo declinans pectora flexu
atque aptans lentum sexum ad utrumque latus
ingressus scenam populum saltator adorat,
sollerti spondens prodere verba manu.

99. 3 rura *Heinsius* : pura A 4 tectum A 7 facta *Riese* : fata A : *anne* vota? mutant *sched.* : -ans A 8 cum] nunc *Oudendorp* : nam *Meyer* : iam *coni. Riese* : *anne* cui? 9 Tethyos *Heinsius* (*cf. c. 230, 2*) : tetidos A : thetidis *sched.* : -dos *Salm.*

100. *Habent etiam* BW 1 declinans *R. Klotz* : deribans (dir- A) *codd.* : derivans *vulg.* sexu BW 4 sollerti spondens *Mercer* : solerti spondit A : -tis pendet BW : sollerti et spondet *Heinsius*

nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis, 5
quae resonat cantor, motibus ipse probat.
pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adstat;
inlustrat verum, cuncta decore replet.
tot linguae quot membra viro. mirabilis ars est
quae facit articulos ore silente loqui. 10

101

R. 112
B. IV 288

De funambulo

Stuppea suppositis tenduntur vincula lignis,
quae fido ascendit docta iuventa gradu;
qua super aërius protendit crura viator
vixque avibus facili tramite currit homo.
brachia distendens gressum per inane gubernat, 5
ne lapsa gracili planta rudente cadat.
Daedalus adstruitur terras mutasse volatu
et medium pinnis persecuisse diem. *p. 80*
praesenti exemplo firmatur fabula mendax:
ecce hominis cursus funis et aura ferunt.

5 grata B : graia AW diffundit A : difundat BW : diffudit *coni. Riese* 7 adstat A : as- W : asta B : instat *Maehly* 8 verbum *sive* versum *Baehrens* 9 quod *codd.* 10 silente W : -ti AB

101. *Habent etiam* BVW 2 quae] quem *codd.* : quae ut *Baehrens* iubente A 3 qua *Timpanaro per litteras* : quam *codd.* : quae *vulg.* : iam *Baehrens* : cum *vel* haec *conieceram** 6 lapsa BVW : labsa A : lapsu *Petschenig* (*Riese*) : lapsa e *Pithoeus* (*Baehrens*) : *anne* lapsa in? *Sed vide Timpanaro, 613* gracili BVW : fa- A (*Riese*) 10 ferunt (-ūt) BW : fer̄ V : ferant A

102

R. 113
B. ibid.

De citharoedo

Musica contingens subtili stamina pulsu
ingreditur, vulgi auribus ut placeat.
stat tactu cantuque potens, cui brachia linguae
concordant sensu conciliata pari.
namque ita ⟨ab⟩ aequali ambo moderamine librat 5
atque ori socias temperat arte manus
ut dubium tibi sit gemina dulcedine capto
vox utrumque canat an lyra sola sonet.

103

R. 114
B. IV 289

Aliter

Doctus Apollineo disponere carmina plectro
gaudet multifidam pectore ferre chelyn,
quam mox linguato decurrens pollice cogit
humanum ut possit chorda canora loqui.

102. *Habent etiam* BW *Hoc quoque decastichon fuisse putavit Riese* 1 pulsu BW : -so A 3 iactu AW : lactuque (*om.* cantu) B 5 namque ita ab *Baehrens* : namq; ita AW (nam que itae q- W) : nam lira B : nam sic *Riese* librā *codd.* 6 oris A (*sed* s *supra lin.*), BW (*vulg.*) : '*num* ori?' *Riese* socias AW : -ia as B : -ia *Baehrens, fort. recte* (*sed cf. Prop.* 3, 5, 26) 8 utrumq; (*i. e. partes utrasque, vocis et lyrae: ita Timpanaro per litteras*) A : atrum B : utrum (*spat. sq.*) W : utrumne *Pithoeus* (*vulg.*) : tantumne* *conieceram* an lyraque B sola BW : *om.* A

103. 3 percurrens *sched.* 4 possit *sched.* : -set A

Amphion cithara Thebarum moenia saepsit, 5
aurita ad muros currere saxa docens,
nec minus hac valuit reparator coniugis Orpheus,
impia cum flexit Tartara dulcis amor.
ars laudanda nimis, cuius moderamine †sacro†
unum ex diversis vox digitique canunt! 10

104

R. 115
B. ibid.

De pyrrhica

In spatio Veneris simulantur proelia Martis,
cum sese adversum sexus uterque venit.
femineam maribus nam confert pyrrhica classem
et velut in morem militis arma movet,
quae tamen⟨h⟩aut ullo chalybis sunt tecta rigore, *p. 81* 5
sed solum reddunt buxea tela sonum.
sic alterna petunt iaculis clipeisque teguntur,
ne⟨c⟩ sibi congressu vir nocet aut mulier.
lusus habet pugnam, sed dant certamina pacem;
nam remeare iubent organa blanda pares. 10

5 cithare A 6 docens *Salm.* : dec- A 7 repetitor *Schrader* : revocator *Oudendorp* 8 cum *Salm.* : con A docto *sive* certo *conieci** : vafro *Håkanson*

104. 1 in spatio Veneris] *'I. e. in templo eius' Riese* 4 molet A 5 haut *Salm.* : aut A tecta] *I. e. munita, ut vid.* 6 solum *Salm.* : sola A 8 nec *Salm.* : hę A congressu *Salm.* : -ssi A aut *Salm.* : an A 9 dant A : habent *Salm.*

105

R. 116
B. IV 290

Laus temporum quattuor

Carpit blanda suis ver almum dona rosetis.
torrida collectis exultat frugibus aestas.
indicat autumnum redimitus palmite vertex.
frigore pallet hiems designans alite tempus.

106

R. 117
B. ibid.

Laus omnium mensuum

Fulget honorifico indutus Ianus amictu,
  signans Romuleis tempora consulibus.
rustica Bacchigenis intentans arma novellis
  hic meruit Februi nomen habere dei.
Martius in campis ludens simulacra duelli 5
  ducit Cinyphii lactea dona gregis.
sacra Dioneae referens sollemnia matris
  lascivis crotalis plaudit Aprilis ovans.
Maïus Atlantis natae dicatus honori
  †expoliat† pulchris florea serta rosis. 10

105. *Habent etiam* BVW 1 suis. uisuer A 2 torrida BW : -ita A : torpida V 3 redimitus] -to *codd.* (*Riese*)

106. *Habent etiam* BV 1 Ianus (*i. e. Ianuarius) scripsi*: iamm̄sis B : mensis AVW 4 nomen BW : nomnē A : mensis V dei BW : diei A : dī V 7 matris A : -i BVW 8 lasciuis W : lascib; A : -iuus V : -iuius B 9 dicatus *codd.* (*cf. c. 115, 1*) : digna- *Pithoeus* honori BVW : -re A : -re est *Riese* 10 expolit a! *Baehrens* (*!*) : -lit et *Riese* : *anne* exornat? serta *Scaliger* : senta *codd., quod sane aptum esset si forma neutralis tolerari posset, ut visum est Heinsio* (exspoliat ... senta)

sanguineis ornat aestiva prandia moris
  Iunius; huic nomen fausta iuventa dedit.
Quintilis quondam, Cereali germine gaudens,
  Iulius a magno Caesare nomen habet.
Augustum penitus torret Phaëthontius ardor, 15
  quem recreant fessum gillo, flabella, melo. *p. 82*
aequales Librae September digerit horas,
  cum botruis captum rure ferens leporem.
conterit October lascivis calcibus uvas
  et spumant pleno dulcia musta lacu. 20
arva November arans fecundo vomere vertit,
  cum teretes sentit pinguis oliva molas.
pigra suum cunctis commendat bruma Decembrem,
  cum sollers famulis tessera iungit eros.

107

R. 118
B. IV 291

De Thetide

Cauta quidem genetrix, noceant ne vulnera nato,
  confirmat Stygio fonte puerperium.

11 sanguineis ornat *scripsi* (*cf. c. 145, 5*) : s- ornans *codd.* (sed ornansestiba *ex* urnanstiba A) : ornat s- *Vinetus* (*vulg.*) 13 quondam* *scripsi* : mensis *codd.* : messis *Heinsius* gaudens *Meyer* : -et *codd.* (*edd.*) 16 cum *Riese,* quam ...! *Baehrens, frustra* flabella *Heinsius* : fab- BW : fabilla A : faula V 17 aequales BVW : -lis A 18 rure *ex* rore V : rete *Scaliger* 19 conterit BVW : -ret A 21 arans BVW : arat A vomere vertit *Sannazarius* : nomine bestię (*ex* uestit A) *codd.* : numine Vestae *Scaliger* 22 teretes AW : teret (-it B) et BV 24 heros BVW : heras A

107. *Habent etiam* BW 1 uulnera BW : -re A *Finem deesse puto*

sed quia fas nulli est humanam vincere sortem
in membris tincti dant sibi fata locum.

* * * * * * * * * * * * * *

108

R. 119
B. IV 298

De balneis

Aspice fulgentis tectis et gurgite baias,
dant quibus ⟨h⟩aut parvum pictor et unda decus.
namque gerunt pulchras splendentia culmina formas,
blandaque perspicuo fonte fluenta cadunt.
gaudia qui gemino gestit decerpere fructu 5
et vita novit praetereunte frui,
hic lavet; hic corpus reparans mentemque relaxans,
lumina picturis, membra fo⟨ve⟩bit aquis.

109

R. 120
B. ibid.

Aliter

*F*austa novum domini condens Fortuna lavacrum
*i*nvitat fessos huc properare viae.
*l*aude operis fundi capiet sua gaudia praesul,
*o*spes dulciflua dum recreatur aqua.
*c*ondentis monstra⟨n⟩t versus primordia nomen 5
*a*uctoremque facit littera prima legi.
*l*ustrent pontivagi Cumani litoris antra; *p. 83*
*i*ndigenae placeant plus mihi deliciae.

108. 1 gurgites A Baias *vulg.* 8 fovebit *Salm.* : fobit A

109. 2 viae *Heinsius* : uitę A : viros *Salm.* 3 operi (s *supra scr.*) A 'Fundi praesul *i. e. dominus domus*' *Riese* 4 ospes *L. Mueller, propter acrostichon* FILOCALI : hospis A

110

R. 121
B. IV 299

Aliter

Quisquis Cumani lustravit litoris antra
atque hospes calidis saepe natavit aquis,
hic lavet, insani vitans discrimina ponti;
Baiarum superant balnea nostra decus.

111

R. 122
B. ibid.

Flammea perspicuis c⟨o⟩eunt hic lumina lymphis
dantque novum mixti Phoebus et unda diem.
denique succedit nostris lux tanta lavacris
ut cernas nudos erubuisse sibi.

112

R. 123
B. ibid.

Aliter

Infundit nostris Titan sua lumina bais
inclusumque tenet splendida cella iubar.
subiectis caleant aliorum balnea flammis:
haec reddi poterunt, Phoebe, vapora tuis.

110. 3 labit A discrimine A

112. 1 titans A Bai(i)s *vulg.* 4 accendi *Baehrens* (ince- *Burman*) radiis *Oudendorp* : radio *Petschenig* potuerunt A Phoebe, vapora tuis *Mariotti*[4] : foebi uaporesuo A; Phoebe, vapore tuo *Heinsius* : Ph-, tepere tuis *Oudendorp* : sole vapora suo *Riese*

113

R. 124
B. ibid.

De thermis

Delectat variis infundere corpora lymphis
et mutare vagis saepe fluenta libet.
nam ne consuetae pariant fastidia thermae,
hinc iuvat alterno tingere membra lacu.

114

R. 125

Aliter

* * * * * * * * * * * * * *

115

R. 126
B. IV 300

⟨De bibliotheca in triclinium mutata⟩

Tecta novem Phoebo nuper⟨que⟩ dicata Camenis
nunc retinet Bacchus et sua templa vocat.
namque ubi tot veterum manserunt scripta virorum,
his potat laeta dulcia vina Cypris. *p. 85 (p. 84 vacua est)*

113. 2 et *Meyer* : ut A vagis* *Ziehen* : ma- A : maris *Meyer* (*edd.*) 4 *Fort.* hic

114. *Carmen de thermis cum sequentis titulo periisse vidit Riese*

115. *Titulum exempli causa praeposuit Riese* 1 foebo *ex* -bi A *m. rec.* nuperque *Heinsius* : nuper A, *quod ad metrum attinet per c. 106, 9 fultum* : *anne* et n-? devota *Sedlmayer* 2 templa* *scripsi* (*cf. Mart.* 12, 2 [3] 8) : tecta A 4 laete *Riese* : *fort.* laetans, *sed vide Timpanaro, 618* Cypris *pro feminae nomine habendum* (*cf. c.* 118, 3)

cognato semper lustrantur numine sedes: 5
quas coluit Phoebus, has colit en Bromius!

116

R. 127
B. ibid.

De lenone uxoris suae

Graecule, consueta lenandi callidus arte,
coepisti adductor coniugis esse tuae,
et, quem forte procax penitus conroserat uxor,
consueras propria praecipitare domo.
sed praetensa catus derisit retia quidam, 5
conversa statuens sorte †manere domo†.
nam semel admissus †derisit retia quidam†
teque tuis miserum depulit e laribus.
solus vera probas iucundi verba poetae:
'dum iugulas hircum, factus es ipse caper.' 10

6 en *Baehrens* : et A

116. *Habent etiam* BW 1 graecule W : gregule A : grecula B. Graecule *pro cognomine habendum est, sicut Graecus, Graecinus, Grecio, Graecula. Sed vide ne praeferendum sit* Gragule consueta BW : -am A 4 propria (*i. e. sua*) AW : patria B, *haud absurde* domo BW : domū A 5 retiā A (*sic*) 6 conversa statuens *Burman* : quuruerastatuens A : curuarastuens B : cur uerastuens W sorte manere domo *Burman* (*vulg.*), *neglecta vel perversa sententia* : horemanered- A : hac rem- d- BW : *fort.* sorte referre vicem (domo *unde venerit manifestum est*) 7 *Lacunam hemisticho iterato ortam ita supplevit Riese:* tenuit mox omnia felix 8 teque BW : neque A 9 solus] prorsus *coni. Riese, imprudenter* uerba BW : uerbera A 10 = *Mart. 3,24,14* dum *Martialis* : cum *codd.*

117

R. 128
B. ibid.

Ad lenonem comitiacum

Militiae cultus et nigri tegmina panni
cur magis exoptes, dissere, leno, mihi.
exiguone tibi crescebat cellula quaestu,
nec gravis adducta virgine saccus erat?
an nescis populi pastum sibi tollere paucos, 5
unde miser fisco paupere miles eget?
effuge vitandos, si qua potes arte, labores.
cur caleas tenso vivere, leno, pede?
nam si formonsas redeas lenare puellas
et dederit quaestus cottidiana Venus, 10
non iam miles eris humilis, sed divite nummo
fies militiae mox utriusque comes.

118

R. 129
B. IV 301

De Marte cinaedo *p. 86*

Quid prodest Martis nomen de nomine ductum,
pruriat infami cum tibi clune Venus?

117. comitiacum *ex* -anum A (*vel hoc vel illud ex ultimo versu expressum ceteris parum intellectis*) 2 dissere *Salm.* : desidere A 3 exiguone *Salm* : -onec A cellula (*sc. pecuniaria; cf. ThLL III 761, 41*)] *I.e. opes, quod edd. non adsecuti meras nugas egerunt* 4 nec *Baehrens* : cum A : non *Riese* uirgines A eras A, *corr. m. rec.* 6 egit A 8 cur* *scripsi* : ut A caleas (*i.e.* gestias) A : ual- *Salm.* (*edd.*) : careas *Petschenig*

118. *Habent etiam* BW Martio *Riese* (in Martium cinaedum *iam Burman; sed tituli auctorem traditum scripsisse non est quod miremur*) 1 nomen de nomine AW : de me B : nomen de numine *Schenkl et suo Marte Baehrens, nihil agentes* ductum *Burman* : dic- *codd.* 2 pruriat W : plur- (-iad A) AB infamis *Baehrens*

sors fuerat melior Cypridos si nomen haberes
nec natura daret Martia membra tibi.
nunc utroque carens, ignoti fabula sexus, 5
femina cum non sis, vir tamen esse nequis.

119

R. 130
B. ibid.

De Caballina meretrice

Caballina furens, amanda nulli,
excussis modo calcibus fremebat;
quae quamvis facie micet rubenti
et vibret Parium nitens colorem
hirsutis tamen est petenda mulis, 5
qui possint pariles citare iunctas.

120

R. 131
B. IV 302

De Arzugitano poeta

Praecisae silicis cautibus edite,
silvestri iuvenis durior arbuto,
trunco cum stupeas horridior, cupis

3 melior *om.* B si *Burman* : ut *codd., num recte?* : cum *Baehrens* 4 nec *scripsi* : et *codd.* : aut *Oudendorp, vix melius* 5 utrumque BW

119. *Habent etiam* BW merice B (*ceterum meretricem hanc fuisse nihil monstrat*) 4 bibret A : biberet BW 6 possint W : -sent A (i *supra* e *scr.*) : possuit B

120. *Habent etiam* BW arzugitano BW : arzuci- A poeta *Pithoeus* : euete A : fuet(a)e BW : vate *vulg.* (*cf.* 10) *Arzugitanum, i. e. ex Arzugum gente ortum, Afro nostro id quod Martiali Abderitanum significasse suspicor* 1–5 *interrog. faciunt edd.* 3 tunc cocum iubeastupeas BW

formare propriis carmina versibus
et metri variis ludere legibus. 5
sed quis te docilem iudicet artium
quas natura dedit cordis acutior?
solus ligna dolans fortibus asceis
haec duri resecans robora pectoris
vatem te poterat reddere ligneum, 10
qui vaccam trabibus lusit adulteris
vel qui struxit ecum fraudis Achaicae.

121

R. 132
B. ibid.

De capone Phasiano

Candida Phoebeo praefulgunt ora rubore, *p. 87*
crista riget radiis, ignea barba micat.
alae, colla, comae, pectus, femur, inguina, cauda
Paestanis lucent floridiora rosis.
flammea sic rutilum distendit pinna colorem 5
ut vibrare putes plumea membra faces.

4 e propriis *Heinsius* (*edd.*); *sed vide Timpanaro, 612 sqq.* 7 cordis acutior AW : cordas (i *supra* a *scr.*) auct- B : cordibus auct- *Oudendorp* 8 solus AW : solis B asceis BW : asciis *ex* ascibus A 9 haec duri* *Håkanson* (duri *iam Heinsius et edd.*), *cui* tam d- *vel* praed- *proposueram* : et duris *codd.* 11 lusit (*i.e. arte imitatus est; cf. ThLL VII 1781, 48*)] cl- *Baehrens* (*clausa est Pasiphaë, non vacca; cf. c. 166, 6*)

121. *Habent etiam BVW* phasiano *Burman* : fassanatio A : -nario BVW : phas(i)anacio *edd.* : *anne* Phasiaco? 2 ridet B 4 pestanis W : -iis ABV 5 distendit* (*i.e. dilatat*) *scripsi* (*etiam* diffundit *vel* dispergit *in mentem veniat*) : distinguit (-nquit A) *codd.*

122

R. 133
B. IV 303

De malis Matianis

Haec poterant celeris plantas tardare puellae,
haec fuerant Veneri iudice danda Phryge.
nam sic ingenuo flavescunt mala colore
ut superent auro vera metalla suo.

123

R. 134
B. ibid.

Aliter. Laus

His constat Veneri praelatae gratia formae,
haec moriente sacrum perdidit angue nemus.

122. *Habent etiam* BVW 1 celeris plantas t- puellae *scripsi, praeeunte Baehrens* (c- gressus t- p-) : celeres (i *supra tertiam* e *scr. m. 2 in* A) p̃cio (tio BW, *om.* A) puellas *codd.* : celeres pretio t- puellas (stadio *Sannazarius,* celerem ... puellam *Heinsius*) *vulg.* (pretio *certe haud ferendum*) 2 iudici A frige A : -ga BV : phryga W 3 ingenio *codd.* (*ex* ignuo W)

123. *Habent etiam* BW 1 *Immo vero Veneri praelatae gratiam formae ex his* (*i. e. ex Discordiae malo*) *originem traxisse recte dixeris; sed noster Paridem a Venere malo corruptum somniare videtur*

124

R. 135
B. ibid.

Aliter. Vituperatio

His contempta deum tenuit Discordia mensa⟨s⟩,
†prodidit atque urbem his Briseida suam†

125

R. 136
B. ibid.

De gillone

Gillo vomit gelidum vastis singultibus amnem,
vis aliena cui frigoris addit opem.
nam tepidum laticem curamus claudere testa,
ut mersa imbrigenis unda nivescat aquis.

126

R. 137
B. IV 304

De †theo†

Inguine suspensam gestas * ⟨l⟩agunam,
quae tibi fit turgens amphora flante Noto.

124. *Habent etiam* BW 1 contempta] *'Sc. ad convivium deorum non invitata' Riese* deum W : dm̄ (*sic*) AB mensas *Baehrens* : -sa *codd.* : -sā *m. rec. in A* tenuit A : ge- BW 2 *'Non intellegitur' Riese* prodedit A : prouidit BW : prodidit *edd.* : perd- *Hagen* briseida BW : bres- A perdidit atque urbem his Paris inde suam *temptavi*

125. *Habent etiam* BVW 3 claudere BW : clad- AV 4 imbrigenis A : indig- BVW

126. *Theus vel theum quid sit vel hic quid sibi velit mihi quidem in tenebris est. nam si* Theone *vel* atheo *in mentem venerit, ad*

vectigal poteras figulorum reddere fisco,
quorum tam tereti ramice vincis opus. *p. 88*

127

R. 138
B. ibid.

Aliter

Moles tanta tibi pendet sub ventre syringae
ut te non dubitem dicere bicipitem.
nam te si addictum mittat sententia campo,
vispillo ignoret quod secet ense caput.

128

R. 139
B. ibid.

De Iove in pluteo

Flexilis obliquo sinuatur circulus orbe
inclusumque gerit machina sacra Iovem.
vana sub aspectum duxit mendacia fictor:
orbis rectorem quis probat orbe tegi?

aliud epigramma referendum (*cf. cc. 114. 129*) 1 *Verba* sub ventre *nimirum ex insequenti carmine, qua locum suum habent, huic sane pueriliter applicuit Heinsius* (*edd.*). *Malim* nutante (*sc. membri pondere*) lagunam *Heinsius* : ag- A : lagenam *sched.* 3 fiscos A

127. 1 siringae (*sic*) *Petschenig* : siringi A : syringis *Burman* (*edd.*) 3 campo] *I.e. sub terram ; cf. Hist. Aug. Aurel. 23, 5* 4 vispillo] *I. e. carnifex, ut vid.* ignoret *Baehrens* : -rat A

128. 2 sacra *Salm.* : -ro A 3 aspectum *Oudendorp* : aspecto (*sic*) A (u *supra* o *m. ant.*) fictor *Meyer* : pi- A 4 qui *L. Mueller* probet *Oudendorp*

129

R. 140

Aliter

* * * * * * * * * * * * * * *

130

R. 141
B. ibid.

⟨De Iove et Leda⟩

Cygneas Genitor gestans post fulmina pinnas
dulcia diffundit carmina virginibus,
quem retinens Leda, prenso cum gaudet olore,
amissa agnovit virginitate Iovem.

131

R. 142
B. IV 305

De ovo Ledae

Ledaei partus ovo monstrantur aperto,
in cygnum verso a Iove quod genuit.
una tribus genetrix, sed sors diversa creatis:
sidera pars faciet, pars fera bella Phrygum.

129. *Carmen hic cum sequentis inscriptione excidisse putavit Riese*

130. *Titulum suppl. Riese* 3 dum *Meyer*

131. *Habent etiam* BW 2 quod *Baehrens* : quos *codd.* genuit *Oudendorp* : te- *codd.*

132

R. 143
B. ibid.

De Europa

Terga bovis credens Europa ascendit alumni
inseditque Iovi non reditura patri.
fraude suos Genitor celat vel conplet amores:
nam deus in tauri corpore praedo latet.

133

R. 144
B. ibid.

Aliter *p. 89*

Mentitus taurum Europam Iuppiter aufert,
virgineos ardens pandere fraude sinus.
humano tandem veniam donemus amori,
si tibi, summe deum, dulcia furta placent.

134

R. 145
B. ibid.

De Narcisso

Invenit proprios mediis in fontibus ignes
et sua deceptum urit imago virum.

132. 2 reditura patri *Burman* : revisura patrem A (*quod scribit Riese multis horum carminum locis prosodiam neglegi, non est ita*)

133. 1 taurum *Salm.* : -ro A 2 uirgineo (s *add. m. ant.*) A 3 humano *Iuretus* : -nũ A donemus *Baehrens* : -entur A humani tauro uenia donentur amores *sched.* 4 dm̄ (*sic*) A

134. *Habent etiam* BVW 2 lusit *Salm.* : torret *vulg. olim*

135

R. 146
B. 306

Aliter

Ardet amore sui flagrans Narcis⟨sus⟩ in undis,
cum modo perspicua se speculatur aqua.

136

R. 147
B. ibid.

Aliter

Suspirat propriae Narcissus gaudia formae,
quem scrutata suis vultibus unda domat.

137

R. 148
B. ibid.

De equa Philagri advocati. Insultatio pro concubitu

Causidicus pauper media sub nocte lucubrans
cornipedis voluit terga fricare suae.
sed cum corpus equae dextra famulante titillat,
invasit iuvenem prodigiosa Venus.

135. 1 flagrans Narcissus *Salm.* : fraglansnarcis A   in undis] *Cf. Propertiana nostra, p. 80*

136. 2 scrudata A : frustrata *Maehly*

137. filagri A, *et* filager *in 12, more suo; quod in textu hic potissimum exhibens Riese quam rationem secutus sit non intellego; cf. ad c. 196, 4*   3 *Fort.* dum   4 iunem (ue *supra scr. m. ant.*) A

nam qua longa solet dispendia carpere sessor, 5
subducens durae pendula crura viae,
hanc fovet amplexu molli cunnumque caballae
adterit adsiduo pene fututor hebes.
concubitus Cressa legitur quaesisse iuvenci,
quam gravis ira deae iussit amare pecus. 10
par crimen flammae nostris fors intulit annis:
Passiphaë tauro, Philager arsit equa. *p. 90*

138

R. 149
B. ibid.

Aliter

Defensor probe tristium reorum,
cuius voce sacrum tonat tribunal
et palmas capiunt lares Vitenses,
cur post athla fori togaeque pompam
gaudens monstrifero calere luxu, 5
vectricis propriae furens in usus
fessae cornipedis fricas meatum,
verso et munere dignitatis optas
admissarius esse quam patronus?
expellas animo nimis, rogamus, 10
mores inlicite libidinantes.
horrendum vitium est in advocato

5 qua] *Sc. equa* dispendia *scripsi* : quadrupia A (*fort. ex nota marginali* quadrupede) : quadruvia *vulg., cui vocabulo notionem viae inesse non dubitavit Riese* : calce ilia (*et* hac *in* 7) *coni. Baehrens* 7 molli cunnumque *Riese* : mollitur dumq; A 8 adsiduo *Oudendorp* : -ue A 9 gressa A : Cresse *Heinsius* : *anne* Cressam? 11 flammae *Burman* : -mmis A

138. 1 probet A 2 uoces A 7 fricans A hiatum* *Baehrens* (*Riese*), *frustra*

orando solito movere caulas
subantis pecudis timere gambas.

139

R. 150
B. IV 307

De tabula picta

Hunc quem nigra gerit tabella vultum,
clarum linea quem brevis notavit,
mox pictor varios domans colores
callenti nimium peritus arte
formavit similem, probante vero 5
ludentis propriis fidem figuris,
ut, quoscumque manu repingat artus,
credas corporeos habere sensus.

140

R. 151
B. ibid.

De Galatea

Defugiens pontum, silvas Galatea peragrans,
custodem ut pecorum cernere pos⟨s⟩it Acim,

13 solito* *scripsi*: sonitum A : solitum *vulg.* 14 subantis *sched.* : susa- A timere* *scripsi* : tenere A

139. 1 gerit *Riese* : gerens A vultum *Petschenig* : -tu A 2 clare *coni. Riese* quem brevis *idem* : quȩ moreuis A : quem more uos *sched.* 5 formabit *Baehrens* vero (*i. e. veritate naturae, ut monuit Ziehen*) *Burman* : uiro A 6 ludentis *scripsi* (*anne* -ti?), *i. e. pingentis* : ludentam A : -ntem *vulg.* : indens iam *Baehrens* fidem] *I. e. fidelem repraesentationem* (*cf. c. 162. 4*); *'sc. spectantium' Riese, sed vultus ita fidem ludens ut artus corporeos habere sensus credas mihi quidem non probatur*

140. defugiens *L. Mueller* : diff- A peragrans *scripsi* : peagrat (r *supra* e *scr.*) A

tam teneros gressus infigit sentibus ardens *p. 91*
nec tamen alta pedum vulnera sentit amor.
ipsa Cupidineae cedunt elementa pharetrae, 5
cuius et in mediis flamma suburit aquis.

141

R. 152
B. IV 308

De Galatea in vase

Fulget et in patinis ludens pulcherrima Nais,
prandentum inflammans ⟨c⟩or⟨d⟩a decore suo.
pinguia non tardus defundat iura minister,
ut lateat positis tecta libido cibis.

142

R. 153
B. ibid.

Aliter

Ludere sueta vadis privato nympha natatu
exornat mensas membra venusta movens.
comptas nolo dapes; vacuum mihi pone boletar.
quod placet aspiciam, renuo quod stimulat.

3 tam *Baehrens* : nam A : iam *Oudendorp* 5 cedunt A : laed- *Riese* elementa* *vulg. olim* : tẹlementae A : tormenta *Baehrens* (*Riese*)

141. *Habent etiam* BW, *qui titulum ut supra* : aliter de g- in uase A (*edd.*) 1 et *om.* W in patinis fulget l- *Baehrens* ludit *vulg. olim* 2 corda* *coni. Baehrens* : ora *codd.* 3 pinguia* (*sc. quo figuram melius celent*) *scripsi* : congrua *codd.* defundat *scripsi* : dif- A : diff- BW (*vulg.*) 4 libido] *I. e. figura libidinem excitans*

142. *Habent etiam* BW 3 comtas A (*edd.*) : cometas B : comeas W 4 rennuo B quod saturat renuo *Heinsius* stimulat *scripsi* : saturat *codd.*

143

R. 154
B. ibid.

Aliter

In medio generata salo nunc arte magistra
perveni ad mensam. hic quoque nuda nato.
si prandere cupis, differ spectare figuram,
ne tibi ieiunus inguina tendat amor.
quae sim, ne dubites: ludens sine nomine nympha 5
quod Galatea vocer, lactea massa probat.

144

R. 155
B. ibid.

De Scaevola

Lictorem pro rege necans nunc Mucius ultro
sacrifico propriam concremat igne manum.
miratur Porsenna virum poenamque relaxans
mutua cum obsessis foedera victor init.
plus flammis patriae confert quam iuverat armis 5
una domans bellum funere dextra suo.

143. 2 mensas *Heinsius, inutiliter* 3 difers A 4 ieiuno* *Maehly* inguina* *idem* : lumina A tentet *Burman* (*edd.*) 6 vocor *coni. Baehrens*

144. *Habet etiam* V 1 necans V : negans A 4 mutua* *scripsi* : maxima AV 5 patrię (*sic*) A : -re V iuverat armis *Riese* : uoueratmaris A : foruesaturis V : fortibus armis *vulg. olim* : proderat a- *Baehrens* : voverat aris *Petschenig*

145

R. 156
B. IV 309

De viro quem mulier caedebat p. 92

Cum te Barbati referas de sanguine cretum,
ut tibi cognatus sit Varitinna ferox,
cur tua femineo caeduntur tergora socco
infamique manu barbula vulsa cadit?
desine iam tibimet auctores fingere fortes 5
vimque tuis membris stirpis inesse ferae.
illa Salautensi magis est de stirpe creata,
audet quae proprium sternere calce virum.

146

R. 157
B. ibid.

De die frigido

Sint tibi deliciae, sint ditis prandia mensae,
munera post Bacchi sit tibi pulchra Venus,
vincere nec libeat villosa veste rigorem,
sed iungat calidum fervida virgo latus.

145. *Habent etiam* BVW 1 barbati ABW : -tae V (*nomen obscurum, ut duo sequentia*) referas AW : -ans BV 3 tergora *L. Mueller* : tempora A : pectora BVW 4 infamique] *'I. e. cuius plaga tibi infamiae est' Riese* : infirmaque *L. Mueller* : insanaque *Baehrens* 6 ferae *Sannazarius* : fores A : fore BVW 7 salautensi W : -is BV (saụl- B) : salaute(*ras.*)nsis A (*nimirum in vocabulo* salire *luditur*) 8 quem A

146. die] *Immo nocte, opinor* 1 gaudia *Baehrens, fort. recte* 4 callidū A : lateri *Pierson*

147

R. 158
B. IV 310

De imagine Vergilii

Subduxit morti vivax pictura Maronem
 et, quem Parca tulit, reddit imago virum.
lucis damna nihil tanto valuere poetae,
 quem praesentat honos carminis et plutei.

148

R. 159
B. ibid.

De disciplulo medici

Discipulum medicus quidam suscepit adultum,
 traderet ut iuveni dogma salutiferum.
qui primo, ut iussum nosset tolerare magistri,
 publica selliferum per loca duxit ecum.
artis prolixae breviavit tempora doctor:
 incepto puerum reddidit Hippocraten.

149

R. 160
B. IV 158

De venatore qui cum aprum excepit serpentem calcavit imprudens

Sus, iuvenis, serpens casum venere sub unum: *p. 93*
 hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

147. *Duo carmina facit ed. Verg. Aldina* 3 nocuere *vulg. olim* 4 praesentat] *I. e. praesentem facit*

148. 6 incepto] *I. e. principio* Hippocraten *scripsi* : ipogr- A Hippocratem *Burman* : Ἱπποκράτην *Riese* (‘*respicit verbis ad Catull. 74, 4; sed lusus est in voce* Ἱπποκράτης (*magister equi*)’)

149. *Habent etiam* BVW, *item* C *aliique codd. Vergiliani, qui*

150

EIUSDEM

R. 161
B. IV 159

In Achillem

Inprobe distractor, pretium si poscere nosses,
non traheres †quod pundus erat†

151

R. 162
B. ibid.

De Troia

Desine, Troia, tuos tandem deflere labores:
Romam capta creas; merito tua postuma regnat.

152

R. 163
B. ibid.

De iudicio Paridis

Conubii bellique deas superavit amorum,
cum pastor pulchram iudicat esse Cyprin.

haec cum duobus versibus hexametris coniungunt Vergilioque adtribuunt : vide Baehrens et Riese 2 hic moriens] hic *om.* A : ille gemens V

150. 2 pondus *vulg.* : funus *Burman, recte, ut opinor* (*quidni* non traheres lucro quod tibi funus erat?)

151. 1 tandem* *scripsi* : animo A : nimium *Maehly* 2 regnunt A

152. *Hoc distichon cum tribus sequentibus coniungit* A, *separavit L. Mueller* 2 *Anne* esse, Cypris?

153

R. 164
B. ibid.

⟨Aliter⟩

Verticis et thalami pignus sublime Tonantis
exuperat Paridis laude probata Venus.

154

R. 165
B. ibid.

⟨Aliter⟩

Extat causa mali, malum cessisse Dionae,
cur ruerint Graia Pergama pulsa manu.

155

R. 166
B. ibid.

⟨Aliter⟩

Dat Veneri malum formae pro munere pastor;
cum Iunone dolens victa Minerva redit.

156

R. 167
B. IV 310

De Hyacintho

Discrimen vitae, ludit dum forte, Hyacinthus
incurrit, disco tempora fissa gerens.

153. *Huic et duobus sequentibus titulos add. Riese*

154. 1 dionae *sched.* : dionē A 2 cur ruerint *Oudendorp* : cum ruerit A : quo ruerent (cum r- *vulg. olim*) *coni. Riese* : corruerunt *Ziehen*

156. de laquinto A 1 ludit · desorteiaquintus A, *corr. sched. marg.*

non potuit Phoebus fato subducere amatum,
sed cruor extincti florea rura replet.

157

R. 168
B. ibid.

(Aliter)

Dispersit remeans ludentis tempora discus
et dira pulcher morte Hyacinthus obit.
gratia magna tamen solatur fata perempti:
semper Apollineus flore resurgit amor.

158

R. 169
B. IV 311

De citro

Saepta micant spinis felicis munera mali;
pellicit, ut citri, aureus ora tumor. *p. 94*
Hippomenes tali vicit certamina malo;
talia poma nemus protulit Hesperidum.

157. *Cum priore coniungit* A, *separavit Burman senior; titulum add. Riese* 1 discerpsit *Petschenig* (*mallem* discussit, *ut Ov. Met. 2, 625, sed nihil mutandum*) 3 fata perempti *scripsi* (*cf. Claud. Carm. min. 22, 18* fertur et ingenti solatus fata sepulchro) : mortępemti A : morte peremtum *Burman senior* : sorte p- *Baehrens* : amore perenni *Petschenig*

158. de citriu A (*sed tituli auctor hic quoque erravit; nam versus de malo scripti sunt*) 2 pellicit, ut citri *scripsi* : quętulitutcirci A : cui tegit, ut citri *Maehly* : permulcet citri *Riese*

159

R. 170
B. ibid.

Aliter

Stat similis auro citri mirabilis arbos,
omnibus autumni anteferenda bonis.
haec ornant mensas, haec praestant poma medellam,
cum quatit incurvos tussis anhela senes.

160

R. 171
B. ibid.

Aliter

Omne genus mali dignum est adsurgere citro,
vis cui multa subest corticis et medii.
unum quaeque suum referunt pomuscula sucum:
ternus ab hoc semper carpitur ore sapor.

161

R. 172
B. ibid.

De Daphne

Frondibus et membris servivit dextera sollers,
congruus ut sculptis posset inesse color.
dant mirum iunctae ars et pictura decorem,
ostendit varius cum duo signa lapis.

159. Aliter] *Immo* De citro 1 lauro *Stowasser*

160. 3 quaeque *Hagen*: quemq; A 4 ternus] *Sc. corticis, medii, suci*

161. 1 servivit *scripsi*: -uabit A : -uauit *sched.* (*edd.*) 3 'ars *est fingendi' Riese* 4 duo] *I. e. nymphae et lauri; nam utramque vario colore pictus lapis unus ostendit*

162

R. 173
B. IV 312

⟨De Marsya⟩

⟨A⟩ërio victus dependet Marsya ramo
nativusque probat pectora tensa rubor.
docta manus varios lapidem limavit in artus;
arboris atque hominis fulget ab arte fides.

163

R. 174
B. ibid.

De Philocteta

Prodentem ducibus Tirynthia tela Pelasgis
laesa Philoctetam vulnere planta domat.
docta manus vivos duxit de marmore vultus;
sentit adhuc poenam, tristis et in lapide.

164

R. 175
B. ibid.

De balneis

Una salus homini est gelidum captare lavacrum, *p. 95*
ne tepidus reddat morbida membra vapor.

162. *Praecedentibus adnectit* A *Titulum add. Heinsius* 1 aërio *idem* : erio A : pierio *sched.* pendit (de *supra lin.*) A 2 tonsa* *Hagen* 3 varios] vivos *Baehrens* 4 fides *Cannegieter* : figis A

163. 1 prodentem] *Cf. Serv. in Aen. 3, 402* 3 vultus *Burman* : sensus A (*edd.*) 4 sentitadhucṡėṅṡu̇ṡpenā A lapide *sched.* : -ē A

164. 1 gelidum *scripsi* (*cf. Hor. Epist. 1, 15, 4; Cels. 1, 1, 2*) : calidum A (*cf. c. 281, 242*) 2 tepidibus A uabor A

165

R. 176
B. ibid.

De ansere qui intra se capit copiam prandii

Eminet impletus pullorum carnibus anser
 et varias mensae turgidus ambit opes.
inguinibus nam portat olus ventrisque soluti
 truditur e medio esitiata nitens.
fulcit utrumque latus turdus cum turture pinguis
 multaque penniferum corpora condit opus.
quis non credat ecum Graiam celasse phalangem,
 si parvus tantas anser habet latebras?

166

R. 176, 9–18
B. ibid.

⟨Aliter⟩

Plura saginato conclusit fercula capso
 aucupia et pulpas ducere docta manus.
intus inest quodcumque placet; crescitque voluptas,
 cum scisso multas pectore prodit opes.
cedat Cecropii lascivans bucula fabri,
 qua consuerat amor claudere Passiphaën;
cedat et ille, dolo sollers quem struxit Epeos,
 qui gravidus bellis Pergama solvit ecus.

165. copiam *Riese* : cupia A : cupedia *Reinesius* 2 turgidus *L. Mueller* : torri- A 4 isiciata *Gronovius* (*cf. c. 217 tit.*) 5 fulgit A 6 pulpaque *Baehrens* : vulvaque *coni. Riese* penniferum* *vulg. olim* : perni- A (*edd.*) corpora condit* *scripsi* : -repandit A

166. *Cum priore coniungit* A (*Riese*), *separavit Loewe; titulum add. Baehrens* 2 aucupia et *Tollius* : hocupiat A 4 opes *vulg.* : apes A : aves *Burman*

maiorem in parvo haec monstrat fabrica technam;
una capit totas anseris arca dapes. 10

167

R. 177
B. IV 313

De Pyrrho

Placat busta patris iugulata virgine Pyrrhus
dilectasque litat Manibus inferias.
sors nova nymphigenae: votum post fata meretur.
quam pepigi⟨t⟩ thalamis, hanc habet in tumulis.

168

R. 178
B. ibid.

De balneis cuiusdam pauperi⟨s⟩

Vita opibus tenuis, sed parvo in caespite sollers,
fundavit gemino munere delicias.
nam nova in angusto erexit balnea campo, *p. 96*
edulibusque virens fetibus hortus olet.
quae natura negat, confert industria parvis: 5
vix sunt divitibus quae bona pauper habet.

9 maiorem *Tollius* : -ra A

168. 1 *'Vita est balneorum dominus* (*cf.* *179* [= *169*],*2*)*'* *Riese* 3 in angusto *sched.* : congusto A : -gesto *L. Mueller* **5–6** *habet C, Martiali tribuens* 5 parvis *L. Mueller* : paucis A, C (u *supra lin.*) industria : paucis / vix *ne scribam diaeresis huic poetae aliena obstat*

169

R. 179
B. IV 314

Aliter

Parvula succinctis ornavit iugera bais
  urbanos callens fundere Vita †locos†.
hic quoque pomiferum coniunxit sedulus hortum,
  qui vario auctorem gramine dives alat.
rus gratum domino duplici iam munere constat:
  hinc capitur victus, sumitur inde salus.

170

R. 180
B. ibid.

De Sphinga

Ales, virgo, lea crevit de sanguine Lai,
  Thebano nascens et peritura malo.
haec fecit thalamos Idipum conscendere matris,
  ut prolem incestam mutua dextra necet.

169. 1 Bai(i)s *vulg.* 2 urbanos *Heinsius* : -nus A locos *ex* locus A : lacus *Heinsius* 3 his *coni. Riese* 4 germine *Schrader*

170. *Habent etiam* BW sphinge W 1 lea (*cf. Timpanaro, 616 sq.*) AW : leo B (*edd.*) 3 Idipum *Salm.* (*cf. c. 62 et O. Keller, Rhein. Mus. 30 (1875), 303 sq.*) : idippū AB : oedippū W : Oedipum *vulg. olim* concedere BW 4 dextrā A

171

R. 181
B. ibid.

De catto qui comedens picam mortuus est

Mordaces morsu solitus consumere mures
invisum et domibus perdere dente genus
cattus in obscuro cepit pro sorice picam
multiloquumque vorax sorbuit ore caput.
poena tamen praesens praedonem plectit edacem; 5
nam claudunt rabidam cornea labra gulam.
faucibus obsessis vitalis semita cessit
et satur escali vulnere raptor obit.
non habet exemplum volucris vindicta peremptae:
hostem pica suum mortua discruciat. 10

172

R. 182
B. IV 315

De Aegyptio

Ex oriente die noctis processit alumnus.
sub radiis Phoebi solus habet tenebras. *p. 97*

171. *Habent etiam BVW et P = Paris. 9344 (saec. XI)* De catto et pica P 3 cepit A : coepit BVP : cae- W 4 multilocumq; A 6 rabidā (raui- A) AVP : rapi- BW : avi- *coni. Baehrens* guilā AV (*cf. cc. 281, 4; 298, 1 et ThLL s.v. gula*) 7 cessat *coni. Riese* 8 et satur] *'Corruptum' Riese, qui* saucius *coni.; sed nihil mutandum* raptor A : ca- BVWP 9 peremptae W : ꝑemit A : parente B : ꝑhente V : praereptę P 10 mortuū A

172. *Habent etiam* BVW *Titulum* De Nigro *esse oportuit; cf. c. 173, 2* alumnus W : alūnus A *corr.* (?) : -nis ABV 2 *Anne* habens?

corvus, carbo, cinis concordant multa colori,
quodque gerit nomen convenit Aethiopi.

173

R. 183
B. ibid.

Aliter

Faex Garamantum iam nostrum processit ad axem
et piceo gaudet corpore verna Niger,
quem nisi vox hominem labris emissa sonaret,
terreret vivos horrida larva viros.
dira, Adramente, tu⟨u⟩m rapiant sibi Tartara monstrum; 5
custodem hunc Ditis debet habere domus.

174

R. 184
B. IV 316

De Telepho

Telephus, excellens Alcidis pignus et Augae,
externae sortis bella inopina tulit.

3 cuncta *Baehrens (Riese)* colore *Salm.* 4 quodque gerit *scripsi* : quod legeris *codd.* : q- legitur *Oudendorp* : q- dederis *Maehly* (a)et(h)iopi ABW : -pis V quod legeris nomen, convenit : Aethiopis *Riese* (*!*)

173. *Habent etiam* BW 1 Garamantum iam *scripsi* : garamantarum (garamen- A, caramen- B) *codd.* : Hadrumentarum *Baehrens* 2 Niger *sic scripsi* (*cf. c. 172*) : n- *vulg.* 4 terreret *Baehrens* : -erent *codd.* vivos *Baehrens* : uisos *codd.* : visu *Riese* larva *Baehrens* : labra *codd.* 5 Adramente, tuum *scripsi* (*cf.* Ἀδράμεντος *ap. Boissevain ad Dionem 42, 58, 2*) : adramenta (atr- A) tū AB : atramentatum W : Adrumeta (*vel* Ha-), tuum *vulg.* : Hadrumentarum *Baehrens* 6 costode A

174. *Habent etiam* BW 1 Alcidae *Heinsius, praeter necessi-*

nam Grai Troiam peterent cum mille carinis
  tangeret et classis litus adacta suum,
occurrens Danais forti dum pugnat Achilli, 5
  Scyria pugnanti perculit ⟨h⟩asta femur.
pro cuius cura consultus dixit Apollo
  hostica quod salubrem cuspis haberet opem.
mox precibus flexi Pelidae robore raso
  iniecto membris pulvere plaga fugit. 10
monstrant fata viri vario miracula casu:
  unde datum est vulnus, contigit inde salus.

175

R. 185
B. ibid.

De cicindelo

Igniculus tenui⟨s⟩ pingui fulcitur olivo,
  ut frangat tenebras †luminis igne† sui.

176

R. 186
B. IV 317

De capris

Lenaeos latices hircorum tergora gestant
fitque caper Bromio, fuerat qui victima, carcer.

tatem 2 externae sortis (sorsis A)] *I. e. ad fata aliena pertinentia* : externi Martis *Heinsius* : extremae sortis *Struchtmeyer* 4 abacta *Hagen* 5 occurrens A (*ex* -et), W : -ent B 6 scyria W : sy- AB 8 quod BW : quo A 9 raso A : sato BW : sacro *Pithoeus* (*vulg. olim*) 10 et membris *Heinsius* plaga BW : membra A fugit AW : fuit B 11 casu (*ex* fatu A) AW : cas' B

175. 1 nutritur *Petschenig* 2 luminis igne] *Poetam non insulsum haec scripsisse vix credo. Vide ne scripserit* igne lucerna suo

176. *Cc. 186–188 habet etiam D = Diezianus B. 66 Berolin.* (*saec. IX*) 1 ge(n)stans AD 2 quae *vulg. olim* : cui *Baehrens*

177

R. 187
B. ibid.

Aliter

p. 98

Barbati pecoris vulgus per rura vagatur,
   pampineum gaudens laedere dente nemus.
omnibus hinc aris Baccho caper hostia fertur
   puniturque sacro munere culpa gregis.

178

R. 188
B. ibid.

Aliter

Sanguine Cinyphio placantur templa Lyaei,
   caprigenum cui fit victima iusta pecus.
sed licet ulcisci nequeant animalia divos
   nec possit reddi talio numinibus,
est vindicta capris. cassatur nomine Liber,
   cum hircino adversus clauditur utre deus.

179

R. 189
B. ibid.

De Memnone

Filius Aurorae, Phoebi nascentis alumnus,
   producit gentis milia tetra suae,

177. 3 *om.* D   *Post 4 distichon de hircino utre* (*cf. c. 178, 6*) *excidisse suspicor*

178. 2 iusta A : iure D   4 *om.* D   possintreddit . alio A, *corr. Burman*

179. 2–3 *Distinctionem plenam post* suae, *post* Teucris *nullam faciunt edd.*

succurrens fessis fausto non omine Teucris;
pergit Pelidae protinus ense mori.
iam tunc monstratur maneat qui Pergama casus, 5
cum nigrum Priamus suscipit auxilium.

180

R. 190
B. IV 318

De Bumbulo

Nominis et formae pariter ludibria gestans,
conventus nostros, Bumbule parvus, adis.
sed ratio est si stas longis pygmaeus in armis,
ne te deprensum grus peregrina voret.
nec frustra ostendis proprio placuisse parenti 5
quod turpis nomen sumpseris heniochi.
ille habuit doctas circo prostare puellas;
te duce lascivae nocte fricantur anus.

181

R. 191
B. ibid.

Aliter

Cum sis patris heres teneas et, Bumbule, censum, *p. 99*
utile nec tibi sit pietas si ⟨in⟩laesa probetur,

5 nunc *Burman*

180. būbolo A : bumbalo *sched., et ita infra* 3 si stas* *scripsi* : mixtus A : extas *Riese* armis*] *I. e. pene, puto* 7 aluit* *Burman* circo *idem* : -ci A prostrare* A (*Riese! Cf. Iuv. 3, 65*)

181. 1 cum *scripsi* (*'malim* Cum patris heres' (*sic*) *Baehrens*) : dum A (*'i. e. dummodo' Riese!*) A censum *Heinsius* : se- A 2 inlaesa* *scripsi* : lęsa A

das operam proprio auctori adversus haberi.
discordat multum contra suscepta voluntas:
dilexit genitor prasinum, te russeus intrat. 5

182

R. 192
B. ibid.

De tabula

Discolor ancipiti sub iactu cauculus astat
decertantque simul candidus atque rubens;
qui quamvis parili scriptorum tramite currant,
is capiet palmam quem bona fata iuvant.

183

R. 193
B. ibid.

Aliter

In parte alveoli pyrgus velut urna resedit,
qui vomit internis tesserulas gradibus,
sub quarum iactu discordans cauculus exit
certantesque fovet sors variata duos.
his proprium faciunt ⟨ars⟩ et fortuna periclum: 5
haec ⟨c⟩avet adversis casibus, illa favet.

3 adversus] hau div- *Baehrens, sententiam non adsecutus*

182. *Habent etiam* BW 1 cauculus A : calc- BW 3 parili W : -lis AB currat *codd.* 4 is W : his AB capiet A (e *supra lin.*), W : -iat B

183. 3 calculus *vulg. olim* 4 fouitsor A 5 his proprium (*i.e. suum utrique*) *coni. Baehrens* : hic p- A : ambiguum *Scriverius* ars *add. Salm.* 6 abetaduersus A fouet A

184

R. 193, 7–14
B. ibid.

⟨Aliter⟩

Conposita est tabula †nunc malis† formula belli,
  cuius missa facit tessera principium.
ludentes vario exercent proelia talo,
  russeus an nitidus praemia sorte ferat.
pascitur a multis avide damnosa voluptas, 5
  ne foedet gliscens otia segnities.
hoc opus inventor nimie Palamedes amavit
  et parili excellens Mucius ingenio.

185

R. 194
B. IV 319

Aliter

Indica materies blandum certamen amicis
  offert, se⟨d⟩ belli fert simulacra tamen.
namque acie aequali concurrit russeus albo,
  ut gravibus damnis se domet alteruter. *p. 100*
contorquet varios alternans tessera missus 5
  fataque ludentum collis et ima probant.
pax ac pugna simul ludo iunguntur in unum,
  cum victi spoliis victor amicus ovat.

184. *Haec cum prioribus coniungit* A, *separavit Scriverius* 1 tabula *scripsi* : -lę A nunc talis *vulg.* : *fort.* non tristis bellis A 3 exercent vario ludentes *Oudendorp, inutiliter* fato *Salm.* 4 niditus A 5 auida A 6 nec A 7 nimium *Salm.* 8 Mucius] *Vide Lamer, RE XIII, 1980*

185. 2 sed *Scriverius* : se A 6 collis et ima] *Non intellegitur.* talus (*cf. c. 184, 2–3*) et urna (*cf. c. 183, 1*) *conieci* (colus et u- *Salm.*) probant (*i. e. periclitantur*)] -at A 7 uno *Scriverius*

186

R. 195
B. IV 320

De elephanto

Horrida cornuto procedit belua rostro,
  quam dives nostris India misit †oris†
sed licet immani pugnet proboscide barrus
  spondeat et saevis dentibus interitum,
fert tamen et domitus residenti⟨s⟩ iura magistri, 5
  quoque velit monitor, cogitur ire ferus.
vis humana potest rabiem mutare ferinam:
  ecce hominem parvum belua magna timet!

187

R. 196
B. ibid.

Aliter

Monstrorum princeps elephans proboscide saevus
  horret mole nigra, dente micat niveo.
sed vario fugienda malo cum belua gliscat,
  est tamen excepti mors pretiosa feri.
nam quae conspicimus montani roboris ossa 5
  humanis veniunt usibus apta satis.
consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis,
  discolor et tabulae cauculus inde datur.

186. 2 oris A : agris* *Burman* : eris *Timpanaro per litteras, dubitanter* 5 edomitus *vulg. olim* 7 rauie A mĭtigare *Riese* (mulcere *mallem*)

187. *Habent etiam* BV 1 ṡęb; A : seuum B : (proboscide)s V 2 mole nigra] n- m- V : et n- m- B : nigram . modo A 4 excepti* *scripsi* : ex certis ABV : expertis *Burman senior* (*vulg.*) mons A 7–8 *om.* V 8 cauculus A : calc- B (*edd., ne Riese quidem dempto, qui* cauculo *et* cauculus *in cc. 85, 1; 182, 1; 183, 3*)

haec est humanae semper mutatio sortis:
fit moriens ludus, qui fuit ante pavor. 10

188

R. 197
B. ibid.

De circensibus

Circus imago poli, formam cui docta vetustas
condidit et numeros limitis aetherii.
nam duodena anni ostendunt ostia menses
quaeque meat cursim aureus a⟨s⟩tra iubar. *p. 101*
tempora cornipedes referunt, elementa colores; 5
auriga, ut Phoebus, quattuor urget equos.
cardinibus propriis includunt saepta quadrigas,
Ianus vexillum quas iubet ire levans.
ast ubi panduntur funduntque repagula currus
unus et ante omnes cogitur ire prius, 10
metarum tendunt circumdare cursibus orbes;
namque axes gemini ortum obitumque docent.

9 est] *Anne* etiam?

188. *Habent etiam* BW 2 et] ad *Barth* 3 duodena anni *scripsi* (-na vagos *Heinsius*) : duodecim (*nimirum ex* XII *coortum*) annis genas *codd.* : duodenigenas *item Heinsius* (*vulg.*), *forma vix probabili. Ceterum* (anni)s genas *ex adnotatione* sc. duodenas *originem cepisse suspicor.* 4 meat* BW : mea A : ineat *Riese* 6 urget W : habet A : aptet B : aptat *Heinsius* (*vulg.*) 7 carceribus *Schrader* 8 qua *Heinsius* 9 cursus *codd., sed in* W *corr. Sannazarius* 10 cogitur *codd.* (*sc. unum ceteros superare paene necesse est*) : cogitat *Schrader* (*edd.*), *quasi non omnes, vel certe plures, vincere cogitent* 11 tendunt AW : con- B 12 docent (*'i. e. significant' Riese*) B : ducunt A : dcunt W

iamque his Euripus quasi magnum interiacet aequor,
et medius centrum summus obliscus obit.
septem etiam gyris claudunt certamina palmae, 15
quot caelum stringunt cingula sorte pari.
Lunae biga datur semper Solique quadriga,
Castoribus simpli rite dicantur equi.
divinis constant nostra spectacula rebus,
gratia magna quibus crevit honore deum.

189

R. 198
B. IV 322

Verba Achillis in parthenone, cum tubam Diomedis audisset

Vana nimis cautae surgens formido parenti
femineos iuvenem iussit me sumere cultus
et celare virum falsi per tegmina sexus.
unde ego lanificas temptavi inglorius artes
virgineisque toris carpenda ad vellera inhaesi. 5
nunc autem proprium servans natura vigorem

13 iamque *Pithoeus* : na- *codd.* : atque *Salm.* interiuuet B : -miuet W 14 centrum* *scripsi* : -ri *codd.* obit* *scripsi* : adit *codd.* : agit *Baehrens* : adest *Riese. Sed vide ne totum distichon subditivum sit. Quid enim Euripus ille* (*i. e. spina*) *et obeliscus ad poli imaginem pertinent?* 15 guiris AB (*cf. ad c. 92, 5*) : giris W : gyri *Riese* 16 quot W : quod AB 19 nostra A : -rae B : nr̄a hęc W 20 creuit BW : *om.* A dm̄ AW : *om.* B

189. dū tuba A 1 nimis* *scripsi* (*cf. c. 366, 1*) : uelut A captae *coni. Baehrens* 3 falsi *Burman* : -sos A : -so *Salm.* sexu *idem* 4 temptavi *edd., qui* contemtis *in 28* : temt- A 5 inesi A 6 reserans *coni. Riese*

conpellit fluxos umeris depellere amictus,
dum nos bella vocant rauco clangore tubarum.
mens quatitur saevusque fovet praecordia Mavors.
rumpe moras omnes, fervens in proelia virtus, 10
nec fuerit latuisse meum! si classica temno, *p. 102*
dilexi latebras, neque culpa est ulla parentis.
nam cum respicio quo sim de sanguine cretus
semiferique animo recolo praecepta magistri,
nec puerum decuit muliebri pectora peplo 15
induere et teneram gressu simulare puellam.
nunc igitur crescens annis sapientior aetas
devovit Marti tenuit quae corda Cupido
belligerumque deum cum mens tum membra secuntur.
stamina linquentes currant ad spicula palmae 20
terrificumque caput praefixa casside mitram
pellat et infragili decorentur tempora ferro.
arma tegant nostrum potius quam sipara corpus.
a telis ad tela decet transire iuventam
atque hostes gladio quam lanas fundere fuso. 25

7 deponere *Wernsdorf*: devellere *Petschenig* 7–8 *Post* amictus *plenius, post* tubarum *levius dist. vulg.* 8 uocant *sched.*: uocent A 9 fouet A (*vide Timpanaro*) : movet *Burman* (*edd.*) : fodit *F. Walter* 12 culpa est ulla *Wernsdorf*: ulla est c- A, *cui adstipulatur Housman, C. Q. 13 (1919), 152 = Cl. Papers 999. Sed neque hic neque in 47 et 71 poetae haudquaquam rustico talia imputare sustinui, quamvis in nominibus Graecis bis (70. 80) offenderit. Servato codicis ordine* enim *ante* ulla *add. Heinsius,* iam *Baehrens* 14 animo *sched.*: -mi A : -mis *vulg. olim* 19 dm̄ A tum *sched.* : nunc A nunc mens, nunc *von Winterfeld* 20 liquentes A currant ad*] curent iam *Maehly*: versanto *coni. Baehrens* 21 mitram *Heinsius*: -a A 22 vellat *Petschenig* et infragili *Baehrens*: etingracili A : tecta gravi *Riese* 23 suppara *Burman* (*vulg.*), *poetam, ut vid., corrigens; vide Housman loc. cit.* 25 lanae *Baehrens* fusa A (*Baehrens*)

⟨ten⟩via loricae cedant multicia forti
splendeat et raptus proiecto pectine mucro;
contemptis radiis onerentur brachia pilis;
clausa diu thalamo reddamus pectora campo.
Praesumit certam virtus sibi conscia palmam 30
ac dubios gaudet perferre interrita casus.
nil metuat qui magna cupit. constantia mentis
fata domat, nec iam potis est Fortuna nocere
securo mortis, cui non sunt bella timori.
fortibus una viris parilisque per omnia sors est, 35
aut palmae aut leti pugnando adquirere laudem.
cernere iam videor quanta mercede cruoris
constabit raptus Paridi crimenque nocent⟨i⟩,
obvia cristatus cum sparserit agmina vertex
et solo aspectu claudentur Pergama nostro, *p. 103* 40
cumque novus visos bellator fudero Teucros;
multa trahet Xanthi Troiana cadavera gurges
maioremque feret cultorum sanguine cursum.
Sed mihi quis referat: 'tu, quem praesaga creatrix
subducens fatis alieni schemate sexus 45
ad Lycomedeos fecit transire penates
depositumque suum voluit committere blandis

26 tenuia *sched.* : uia A : licia *Heinsius* : mollia *von Winterfeld* 31 ac *Burman* : hac A : haec *vulg. olim* dubius A 32 metuat] -uit *Schrader* (*edd.*) 33 domant A nec enim *Burman* 38 nocenti *Maehly* : iacent A : -nti A *m. rec.* (*vulg.*) : latenti *Baehrens* : Lacaenae *Traube* 40–41 *Post* nostro *plenius, post* Teucros *levius dist. vulg. Omnino 41 melius abesset* 41 nouus *ex* nouo A visos *Wakker* : fusos A : versos *vel* fessos *Higtius* : (cum nouus) effusos *sched.* 42 trahet Xanthi *Heinsius* : trait sc̄i (*i. e. sancti*) A 43 cultorum (*'i. e. accolarum' Riese*)] caesorum *Burman* : nato- *coni. Baehrens* 44 regerat *Schrader* creatoris A 45 schemate *Salm.* : scematis *ex* -tū A 47 uoluit *Schrader* : mal- A

virginibus, ne, te rapiat si Martius ardor,
orbatam crucies praeviso funere matrem,
vadis in arma ferox thalamum natumque relinquens? 50
nec venit in mentem quantum mereatur amorem
quae te prima virum conlato pectore fecit?
is ad bella libens, ubi quaeritur alea mortis,
nec spondet certam tristis Bellona salutem?
sed Danai⟨s⟩ comitem esse placet sociumque pericli 55
pro famae titulis meliori adiungere causae:
scilicet, ut consors viduo reddatur Atridi,
procumbet vilis Teucrorum victima Achilles!'
Aufer, iners monitor, turpis fomenta medellae
meque sine proprio sectari proelia sensu. 60
non ita me genitor praeclarus nomine Peleus
aut dilecta Iovi fudit Thetis alma sub auras,
degener ut lateam primaevo in flore iuventae
maior et ignavo tantum mihi torpeat aetas
abstrudamque toris iam debita pectora castris, 65
cum manus Argivum ultricia iuret in arma.
denique, cum promptum ruat in certamina vulgus,
solus ego in cunctis infami carcere clausus
subducar pugnae? quanto tolerabo pudore *p. 104*
me non ferre pedem quo fert Thersites, in omni 70

48 ne *Oudendorp* : nec A si *Duebner* : sic A 49 praeviso *Maehly* : nonu- A : inv- *Riese* 51 amorem *Schrader* : -re A 54 spondit A 55–56* *Achilli tribuunt vulg.* 55 Danais comitem esse *Burman* : danaicomes esse A : -is me adesse *Baehrens* (te *debuit*) : Danaos comitasse* *Oudendorp* placit A q; *superscr.* A *m. pr.* 56 causę *ex* causis A 57 consors *von Winterfeld* : co͞ns (*et* īun *in marg.*) A : coniunx *vulg.* 58 procumbet *Burman* : -bāt A 59 medellae] *Varia coniecta* (loquellae, medullae, querellae), *quibus* latebrae *praeferrem; sed fort. intellegendum* : *fomenta, quibus dolori meo turpiter mederi conaris* 62 fodit A 63 iuuentē A 66 iuret *Duebner* : luderet A : ludat *sched.* : ducat *Schrader*

parte miser, forma brevior mentique fugaci!
absit ab ingenio ac viribus Aeacidarum
ut dubitem pro laude mori metuamque supremum
quem dat Parca diem! mihi nam lux amplior ulla est
quae virtute fluit, quae nescit claustra sepulcri. 75
namque homini semper meritorum lege perenni,
quam breviat fatum, propagat gloria vitam.
Ergo animus fidens in Dardana saeviat arma
nec mihi iam gemini dilectus pigneris obstet.
Deidamiam Pyrrhumque meos nunc Scyros habebit 80
visuros nostrum reditum celeremque triumphum.
me pudor hortatur rapere in certamina gressus.
ferre potes⟨t⟩ quaecumque labans successibus aetas
exigi⟨t⟩. observans matris praecepta verendae
induxi mol⟨l⟩es habitus velut edita virgo, 85
lusimus et tactis modulantes carmina chordis.
virtuti adsurgat, fuerat quaecumque, voluptas.
succedat ferrum citharae. quod nutrit amores,
depensum est Veneri; reddamus cetera Marti.

71 mentique fugaci *scripsi* : menteq; f- A : -tisque -cis *Oudendorp* (*malim* et mente fugaci) 72 hac A 73 dubitem *Salm., qui etiam* vitem : diui- A 74 ulla A : illa *Burman* (*edd.*) 75 fluet (i *supra* e scr.)* A : cluit *Higtius* (*edd.*) 76 homini *Baehrens* : -nis A 77 quem A uitum A 81 celebremque *Riese* 82 pudor] vigor *coni. Riese propter versum sequentem* (*sed aetas ferre potest quaecumque ipsa exigit*) 83 labans* *cum obelo Riese, qui* valens *coni.* : inhians *Baehrens* 84 exigit *Duebner* : exigi (*prior* i *supra lin.*) A : -gua *sched.*

190

VESPAE

R. 199
B. IV 326

Iudicium coci et pistoris iudice Vulcano

Ter ternae, varias cunctae quae traditis artes,
linquite Pierios colles et scribite mecum.
ille ego Vespa precor, cu⟨i⟩, divae, saepe dedistis
per multas urbes populo spectante favorem.
scribere mellis opus et dulcia carmina quaero, 5
nec mel erit solum; aliquid quoque iuris habebit.
Contendit pistor, cocus est contrarius illi. *p. 105*
his est Vulcanus iudex, qui novit utrosque.
ad causam pistor procedit primus agendam,
canitiem capiti toto praebente farina: 10
'Numina per Cereris iuro, per Apollinis arcus:
miror enim, fateor, et iam vix credere possum
quod cocus iste mihi sit respondere paratus,
de cuius manibus semper fit pane satullus,
quisve sit utilior audet contendere mecum. 15
sunt testes anni faustae Ianique Kalendae,
quique meum studium per Saturnalia norunt,

190. *Habet etiam* B Incipit (*om.* A) iudiciū coci et pistoris uespę iudice (-ci A) uulgano AB 1 varias cunctae *Salm.* : -as cuncte B : -as cuncta A : -as docte *Riese* (cunctis *olim*) : varie cunctas *Baehrens* : varias sanctae *R. T. Clark* 3 cu A 5 mellis *Rivinus* : maius A (*edd.*) 6 iuris *amphiboliam habet, ut in 60; etenim mel ad pistorem pertinet, ius ad cocum* 11 *Apollo propter pollinem invocatur* arcus A : -u B : -um *Pithoeus* 12–13 possum ... paratus *om.* B 14 *post 15 posuit Riese a censore anonymo monitus* 14 fit A : sit B pane satullus *Buecheler* : panis (*ex* -it B) sad (*ex* sat A, aut B) u- AB : panis ad usus *Baehrens* 16 faustę ianiq; (*sic*) A : -te iamque B

quorum epulas semper rerum commendo paratu.
sis memor, o Saturne, tuis quod praesto diebus
et me pro studio trepidum tu numine firma. 20
aurea coeperunt sub te quoque saecula farre;
denique si Cereris non tu pia dona dedisses
roderet adsidue cocus iste sub ilice glandes.'
'Nempe opus est cunctis panis, quem nemo recusat,
quo sine quas possunt mortales ponere cenas? 25
qui vires tribuit, qui primus poscitur, hic est,
quem serit agricola, quem maximus educat aether.
hunc pater Aeneas Troianis vexit ab oris,
nil sine quo tua iura valent, ingrate, canina.
provocor ut dicam: Melitonem rodere temptas, 30
quem docuit notus Cerealis fingere panes,
urbe Placentinus. cunctas qui tradidit artes,
Pythagoras populo nescis quae suaserit olim,
mandere ne vellent mixto cum sanguine carnes?
'si iugulatis oves, quid erit quod vestiat?' inquit. 35
'mactentur vituli, nec erit iam vomeris usus *p. 106*
nec segetum fecunda dabit sua munera tellus'.'
'Sed temere facio si te, coce, conparo nobis,
cum possim numen quodcumque potest superorum.
Iuppiter ipse tonat: tono, cum molo, sic ego pistor. 40
Mars subigit bello multas cum sanguine gentes:

20 pro* *Baehrens* : prae (prę) AB nomine A : munime B 21 farre *Barth* : ferre (-rę A) AB 22 dona B : *om.* A 26 primus B : -um (ū) A (*edd.*) 29 nil *Riese* : tu A : te B : nec *Baehrens* canina *Mariotti*[5] : comina A : cum- B : coquina *Baehrens* (*Riese*) 30–32* *Hoc loco multas priorum hariolationes praetereo* 30 Melitonem *Heraeus* : mil- AB rodere *E. Abel* : tu roso AB : tu, coce *Riese* 32 cunctas ... artes *ad Pythagoram pertinere vidit Wernsdorf, recentiores non viderunt* 38 sed *nescio quis* : et AB : at *Barth* 40 molo B : ulo A : roto *coni. Baehrens,* volo *Riese, nihil agentes*

pistor ego macto flavas sine sanguine messes.
tympana habet Cybele: sunt et mihi tympana cribri;
Thyrsiten⟨ens⟩ Satyros: facio et saturo⟨s⟩ ego plures.
illum praecedunt Panes: facio mihi panes. 45
quid vero? manibus nostris non dulce paratur?
nos facimus populo studiose coptoplacentas,
nos adipata damus, nos grata canopica †vobis†,
crustula nos Iano; sponsae mustacia mitto.
noverunt omnes pistorum dulcia facta, 50
noverunt multi crudelia facta cocorum.
tu facis in tenebris miserum prandere Thyesten,
nescius ut Tereus cenet facis, improbe, natum,
tu facis in lucis ut cantet tristis aëdon
maestaque sub tecto sua murmuret acta chelidon. 55
talia si numquam feci nec talia suasi,
ordine primus ero, dignus quem palma sequatur'.
  Conticuit pistor. coepit cocus ordine fari,
ora niger studio, faciem mutante favilla:
  'Si verbis pistor damnavit iura cocorum, 60
illi ne credas aliquid, quia fingere novit, 62
qui semper multis dicit se vendere fumum, 61
stat qui sub saxo quasi Sisyphus atque laborat, 63
denique qui tantum de melle et polline fingit
has quas iactat opes. nobis quae copia dicam. *p. 107* 65

44 Thyrsitenens *Baehrens* : tyrsiden A : tirsit ten B : Thyrsiger en *Wernsdorf* Satyros (*sc. habet*)] satiros A (*sic*), B facio B : ficio A 46 quid vero *coni. Baehrens* : quidue etiam (-a B) AB : quidque e- *vulg.* 47 coptoplacentas *Heinsius* : comte p- A : comptop- B 48 adipata B : -ada A vobis *corruptum esse vidit Baehrens,* favis *coni.; at qui* Iano *et* sponsae *respondeat desideratur* 50 facta] *I.e. res factas* 52 tiestē A : Thyestem *vulg.* : uertem B 62 *ante 61 posuit Riese, eidem censori* (*vide ad 15*) *obsecutus* quia] *Anne* qui? 64 denique *Riese* : denuce AB

silva feras tribuit, pisces mare et aura volucres,
dat vinum Bromius, Pallas mihi praestat olivam,
datque sues Calydon et saepe ego condio dammas,
saepe etiam perdix iacet et Iunonius ales,
gemmatam pinnis solitus producere caudam. 70
certe quem extollit, quem laudat saepius ille,
ille suus panis sine nobis, crede, placere
solus non poterit, nec si sit melleus ipse.
quis me non laudet sternentem pisce patellas,
cum positus madeat deceptus ab aequore rhombus?' 75
'Sed similem superis ego me magis esse docebo.
est Bromio Pentheus: est et mihi de bove pentheus.
uritur Alcides flammis: conburor ad ollas.
sicut Neptuno fervet mihi caccaba fluctu.
novit Apollo suas studiose tangere chordas: 80
et mihi per digitos texuntur quam bene chordae!
exseco sic gallos qualis Berecyntia Gallos.
Partes quisque suas tollet qui cenat apud me:
ungellam Oedipodi, sycotum pono Promethei,
Pentheo pono caput, ficatum do Tityoni, 85

68 calidon B : -ona A et *om.* B 70 gemmantem B 72–73 *om.* B 72 suus* *scripsi* : tuus A 73 si] sic A 75 adeat (m *superscr.*) A 76 sed *Riese* : si AB : et *Baehrens* 77 pentheus *ita scr. Ihm* (Pe- *vulg.*), *coll. Petron. 47,10* : penteus AB, *more suo* : pantix (*melius* -tex) *Wernsdorf* 78 ollas B : illas A 79 fervet mihi caccaba fluctu (*cf.* κακκάβη) *scripsi* : feruent in caccabo (cacauos B) fluctus AB : -ent mihi cacaba fluctu *Wernsdorf, qui etiam* -ent cacabo mihi fluctus 82 exseco *Barth* : et s- AB qualis *Ihm* : quasi A : quas B : quasi cum *Rivinus* : quasi si *Timpanaro* uere (uero B) quintia AB 83 tollit *vulg.* (*cf. 87.89*) aput A 84 unguellam B Oedipodi *Ihm* : (h)ydippi AB : Oedipodae *Heinsius* : Oedippo *Thewrewk* : Oedippi *Riese, coll. c. 170,3* ('*ab* ἵππος *ducit* poeta'; *sed ungulam equinam esse nihil probat. Idem ungellas sphingis significari putavit*) 84–85 'sycotum *vel* ficatum *est* ἧπαρ συκωτόν' *Riese*

siccus aqualiculum reddi sibi Tantalus orat,
cervinam Actaeon tollit, Meleager aprinam,
agninam Pelias, taurinam longulus Aiax,
Orpheu, tu tolle⟨s⟩ chordas, Leandre, lacertos,
me sterilem Niobe, linguam Philomela rogant me, 90
pinna Philoctetam meruit, rogat Icarus alas,
bubula Passiphaë, Europe bubula poscit,
auratam Danaae, cygnum bene condio Ledae.
'Iam finem pugnae faciat sententia nobis.' *p. 108*
Utque cocus pressit vocem, sic Mulciber infit: 95
'es, coce, suavis homo; dulcis sed tu quoque, pistor.
aequales dimitto deus, qui vos bene novi.
consentite (bonis sine rixa vivere dulce est),
ne frigus faciam, si me subduxero vobis.'

191

R. 200
B. IV 292

Pervigilium Veneris

Cras amet qui numquam amavit, quique amavit cras amet.

ver novum, ver iam canorum; vere natus orbis est,

86 siccus *Haupt* : solus AB 87 *Anne* tollet*?* aprinam A : -imam B : aprunam *Pithoeus* 88 longulus* *scripsi* : ling- A : limulus *coni. Riese* 89 tolles *scripsi* : -e A : telle B : tollis *vulg.* 90 rogant A : -at B 91 pinna *Ihm* : pluma AB filocteta (si- B) meruit AB : Philoctetam nutrit *Petschenig* pluma Philoctetae servit *E. Abel* (*Riese, qui 'optime' adscripsit; at plumam comedere quis possit?*) 92 bubula (*alt.*)] nub- AB 98 bonis *Barth* : uobis AB (*Riese*) : probis *Baehrens*

191. *Habent etiam* BW liber grāmaton ex pli cit XVI ·.· incipit. per. uirgiliū. ueneris trocaico. metro sunt uero uersus XXII A : Peruigilium ueneris incipit W : *titulo caret* B 2 uere natus AW : uer n- B : ver renactus *Baehrens* : vere laetus *coni. Riese* orbis BW : iouis A

vere concordant amores, vere nubunt alites,
et nemus comam resolvit de maritis imbribus.
cras amorum copulatrix inter umbras arborum 5
inplicat casas virentes de flagello myrteo,
cras Dione iura dicit fulta sublimi throno.

cras amet qui numquam amavit, quique amavit cras amet.

tunc cruore de superno spumeo pontus globo
caerulas inter catervas inter et bipedes equos 10
fecit undantem Dionen de marinis fluctibus. *p. 109*

cras amet qui numquam amavit, quique amavit cras amet.

ipsa gemmis purpurantem pingit annum floridis,
ipsa surgentes papillas de Favoni spiritu
urget in nodos tumentes, ipsa roris lucidi, 15
noctis aura quem relinquit, spargit umentes aquas.
en micant lacrimae trementes de caduco pondere!
gutta praeceps orbe parvo sustinet casus suos.
en pudorem florulentae prodiderunt purpurae!
umor ille quem serenis astra rorant noctibus 20

3 nubent B 4 resoluet B 5 amorem B 6 casas *Pithoeus* : gazas BW : gaza A uirentes B : -tis AW 7 fultas A 9 tuno quiuore B superuo (n *super alt.* u *scr.*) W : -rbo A : -rhuc B pontus AW : pont' de B 11 dionem A : -e BW marinis *Rivinus* : -itis *codd.* fluctibus *Sanadon* : imbri- *codd.* de m- i- *del. Buecheler* 13 gemmas B floridis *Rigler* : -ribus (-rib;) *codd.* 14 surgentis B : tu- *Scaliger* 15 urguet BW nodos *Scriverii amicus* : notos A : totos BW tumentes *Crusius* : penates A, W (a *supra lin.*) : pentes B : tepentes *Lipsius* 16 humētis W : tumentis AB 17 en micant (*Lipsius*) *Schulze* : etmicanat A : etmec- B : & me c- W : emicant *Ach. Statius* de caduco A : deca dū B : decadum W 18 urbe A sustine A 19 en *Bouhier* : in *codd.* pudore A rorulentae *coni. Cazzaniga*

mane virgineas papillas solvit umenti peplo.
ipsa iussit mane ut udae virgines nubant rosae.
facta Cypridis de cruore deque Amoris osculis
deque gemmis deque flammis deque solis purpuris,
cras ruborem, qui latebat veste tectus ignea, 25
unico Noto marita non pudebit solvere.

cras amet qui numquam amavit, quique amavit cras amet.

ipsa nymphas diva luco iussit ire myrteo.
it Puer comes puellis; nec tamen credi potest
esse Amorem feriatum, si sagittas vexerit. 30
ite, nymphae, posuit arma, feriatus est Amor!
iussus est inermis ire, nudus ire iussus est,
neu quid arcu neu sagitta neu quid igne laederet.
sed tamen, nymphae, cavete, quod Cupido pulcher est.
totus est in armis idem quando nudus est Amor. 35

cras amet qui numquam amavit, quique amavit cras amet.

conpari Venus pudore mittit ad te virgines: *p. 110*
una res est quam rogamus: cede, virgo Delia,
ut nemus sit incruentum de ferinis stragibus.
ipsa vellet ⟨t⟩e rogare, si pudicam flecteret; 40
ipsa vellet ut venires, si deceret virginem.

21 uirgines W : -nis *Pithoeus* humenti W : tu- AB 22 mane ut udae *Ach. Stat.* : manet tute A : mane t- W : mane tuae B : mane totae *Orelli* 23 facta A : fusta BW Cypridis *O. Mueller* (Cypris *Scriverius*) : prius *codd.* : Amoris *Scaliger* : Paphies *Clementi* : patrio *Cazzaniga* Amoris] Adonis *Scaliger* 26 unico *Pithoeus* : -ca *codd.* marita (-to B) noto (nodo BW) *codd.* : -ta voto *Bergk* pudent B 28 loco BW 29 it *Pithoeus* : et *codd.* comis BW 31 ite BW : inte A 32 nudus W : nudos A : durus B 35 in armis *Pithoeus* : inermis *codd.* est in armis totus idem *coni. Cazzaniga, metri causa* 40 *om.* B te rogare *Salm.* : ero- AW

iam tribus choros videres feriatis noctibus
congreges inter catervas ire per saltus tuos
floreas inter coronas, myrteas inter casas.
nec Ceres nec Bacchus absunt nec poetarum deus. 45
continenter tota nox est pervig⟨i⟩landa canticis.
regnet in silvis Dione; tu, recede, Delia.

cras amet qui numquam amavit, quique amavit cras amet.

iussit Hyblaeis tribunal stare diva floribus:
praeses ipsa iura dicet, adsidebunt Gratiae. 50
Hybla, totos funde flores, quidquid annus adtulit;
Hybla, florum sume vestem, quantus Aetnae campus est.
ruris hic erunt puellae vel puellae montium
quaeque silvas, quaeque lucos quaeque fontes incolunt.
iussit omnes adsidere Pueri mater alitis, 55
iussit et nudo puellas nil Amori credere.

cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet.

[et recentibus virentes ducat umbras floribus]

42 feriatos *Pithoeus* 46 continenter *Cazzaniga* : detinente A : -nent et BW : -nenda *Heinsius* : te sinente *Cameron* peruiclanda A : per uigila B : peruigil a W (*Scaliger*) : perviglanda *ed. Bohaema* (*edd., Clementi, Cazzaniga*) 50 praeses *Scaliger* : -sens *codd.* dicet adsidebunt *Dousa sen.* : dicit adsederunt *codd.* 51 totus fundet (*om.* flores) A annus *Sannazarius* : annos A : annis BW 52 sume vestem *Heinsius* : superestem A : rumpereste B : rumpe uestem W (*ut vid.*) : subde messem *Scriverius* : *alii alia* aetnę W : etnec A : ethne B : Ennae *Lipsius* 54 quęq; lucos W : quae locus A : que locos B fontes *Scriverius* : mo- *codd.* 55 alitas BW 56 nudo AW : ullo B 58 *versum hoc loco alienum alii huc illuc traiecerunt alii lacunam indicant* recentibus *Scaliger* : rigen- *codd.* uirentes A (*cf. A. Marvell 'a green thought in a green shade'*) : uirgen- *ex* uigen- W : uergen- B : vigen- *Cazzaniga* ducat BW : duoad A : *anne* pingat? umbra A : imbres *Cazzaniga* : *anne* herbas?

cras erit quo primus aether copulavit nuptias.
ut pater †totis† crearet vernis annum nubibus, 60
in sinum maritus imber fluxit almae coniugis,
unde fetus mixtus omnis aleret magno corpore.
ipsa venas atque mentem permeanti spiritu
intus oc⟨c⟩ultis gubernat procreatrix viribus, *p. 111*
perque caelum perque terras perque pontum subditum 65
pervium sui tenorem seminali tramite
imbuit iussitque mundum nosse nascendi vias.

cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet.

ipsa Troianos nepotes in Latinos transtulit,
ipsa Laurentem puellam coniugem nato dedit, 70
moxque Marti de sacello dat pudicam virginem;
Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias,
unde Ramnes et Quirites atque prolem posterum,
Romuli parem crearet et nepotem Caesarem.

cras amet qui numquam amavit quique amavit cras amet. 75

rura fecundat voluptas, rura Venerem sentiunt;
ipse Amor, puer Dionae, rure natus dicitur.
hunc, ager cum parturiret, ipsa suscepit sinu;
ipsa florum delicatis educavit osculis.

cras amet qui numquam amavit, quique amavit cras amet. 80

59 erat *Scaliger* quo AW : qui B : quom *Buecheler* *Post 59 commate dist. plerique* 60 totum *Salm.* : ruptis* *conieci* vernus *Pithoeus* : veris *Sanadon* 61 fluctus B alme A : alma et B : almae et (et *exp.*) W 62 unde A : ut BW foetus W : flaetus A : fletus B 63 permeante BW 64 procreatis A 65 perque (*prius*) W : -uem AB perque (*alt.*) BW : -uem A 66 tenderem A 67 nosce B 69 latino BW 72 ipsas A 73 Ramnes *Pithoeus* : rha- W : sa- A : rames B atque prolem *scripsi* : proque prole *codd.* 74 romoli AB parem *Cameron* : matrem *codd.* : patrem *Lipsius* ex nepote *Cameron*

ecce iam subter genestas explicant tauri latus,
quisque tutus quo tenetur coniugali foedere;
subter umbras cum maritis ecce balantum greges!
et canoras non tacere diva iussit alites.
iam loquaces ore rauco stagna cygni perstrepunt, 85
adsonat Terei puella subter umbram populi,
ut putes motus amoris ore dici musico
et neges queri sororem de marito barbaro.
illa cantat, nos tacemus. quando ver venit meum?
quando fiam ut⟨i⟩ chelidon, ut tacere desinam? *p. 112* 90
perdidi Musam tacendo nec me Phoebus respicit.
sic Amyclas, cum tacerent, perdidit silentium.

cras amet qui numquam amavit, quique amavit cras amet.

192

R. 201
B. IV 331

De Theti⟨de⟩

Pande manum genetrix; totus tingatur Achilles.
tu faci⟨e⟩s natum mortis habere locum.

81 subter *Brukhusius* : super *codd.* explicant tauri *Scaliger* : -at aonii *codd.* : -ant agni *Lipsius* 82 tuus BW 83 greges *Pithoeus* : -gis A : -gũ BW 86 puellę BW 87 putas BW 89 quanuir A veniet *Jachmann, metri causa* 90 fiam A : faciam BW uti *Rivinus* : ut *codd.* 92 tacerẽt W : -ret AB explicit peruirgilium ueneris B : *subscriptione carent* AW

192. 2 facies *Salm.* : facis A : facis, a *Baehrens*

193

R. 202
B. ibid.

De luc⟨o⟩ amoeno

Hic, Cytherea, tuo poteras cum Marte iacere:
Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbris.

194

LUXORII

R. 203
B. ibid.

In Anclas; in salutatorium domini regis

Hildirici regis fulget mirabile factum
  arte, opere, ingenio, divitiis, pretio.
hinc radios sol ipse capit, quos huc dare possit;
  altera marmoribus creditur esse dies.
hic sine labe solum nix †iuncta et† sparsa putatur; 5
  dum steterint, credas mergere posse pedes.

193. 2 *Cf. c. 266, 3*

194. *Habent etiam* BV luxuri BV : *om.* A in (*alt.*) *ex* i. (= *id est*) *ortum esse coni. Baehrens,* ubi *coni. Riese* Anclas] *Cf. Procop. Bell. Vand. 2, 7, 13* ἐτύγχανε δὲ Βελισάριος διατριβήν τινα ἐν τῷ τῆς πόλεως προαστείῳ ποιούμενος, ὅπερ Ἄκλας καλοῦσιν *et c. 206 tit.* 1 hildirici B : -rigi A : hildrici V tectum *Burman, sed cf. cc. 205, 12; 206, 2; 382, 2* 3 quod V huc] *Anne* huic? possit V : -set A (*ex* -sit), B 4 redditur ecce *L. Mueller* *Post 4 nonnulla intercidisse putavit Baehrens* 5–6 *om.* A, *novum epigramma esse putavit Scriverius* 5 sine V : si B labe *coni. Riese* : nube BV solo nix iacta *Petschenig* hoc s- l- solum nix vixdum sp- *exspectarem*

195

R. 204
B. IV 332

De Servando medico

Servandus spurcus medicus monstrumque medentum,
qui se Tartareo missum de carcere finxit,
auctoritate tumens Orci, cui corpora mittit,
inperitus, iners, †ausus terrae repetam†,
cum staret in medio, mox illi voce superba 5
burdonum ductor (paleas nam forte gerebat)
'Servande infamis, Servande zabule, pestis,'
ai⟨e⟩bat, 'Servande canis, Servande, catenis
⟨et⟩ servande meis semper, Servande, flagellis,
Servande †in parte misera nabrastanos aesis 10
vitivalas valmam vitiduis tanda vitritam
capia feis gibatos enim transire volebat†.

196

R. 205
B. ibid.

De Casteliano *p. 113*

Casteliane, sorex cluacae, pressura tuorum,
horrida colluvies, caenum cui bullit in ore,

195. *Vide von Grienberger, Zeitschr. f. deutsches Altertum, 51 (1909), 255 sqq. et H. Patzig, ibid. 52 (1910), 168* 1 *Ita coni. Baehrens* (*sed* mostrumque) : seruandumspurcummedicum . nostrumque A (*cf. c. 312, 1*) medentum *scripsi* : medeurũ A : medentem *Patzig* 2 tartareo *ex* -eum A 3 cui (*sc. Orco*)] qui *coni. Baehrens* haustu terrae repetendus *Riese, haud absurde* 7 zabule (*i.e. diabole*) A : diabule *Baehrens* 8 aibat A (*Riese*) Servande (*alt.*) *scripsi* : s- *edd.* 9 et *addidi* : o *vulg.* Servande ... ser- *vulg.* 10 in partem miseram *coni. Riese* : omni in parte miser *coni. Baehrens* *Ex sequentibus Vandalica quaedam eruisse sibi visi sunt viri docti* 12 gibatos *ex* -tas A : -tus *Burman* solebat *Baehrens* : nol- *Lehmann*

196. *Habet etiam* B De Casteliano *scripsi* (*nomen huic fuit,*

putredo et cancer trivit dentesque malasque,
accipe, nariputens oris latrina, Philippe:
lividus in rubro color est tibi, cepula, vultu, 5
obscenitas frontem mortis sulcavit aratro,
fistula sunt oculi, polypus de naribus horret.
heu, Manes patitur putrido sub coniuge coniunx
ac viduae similis facit ⟨in⟩portuna suorum.
qua tu cumque moves os, culum porrigis ultro. 10
nam pedis fetore gravi, si forte loquaris;
si taceas, vissis secessum naribus efflans.
lasanus os, plenus fusorius est tibi guttur.

ut opinor, Philippo Casteliano (*anne* Castal-?), *ut Philippus Rustianus ap. Dessau, Inscr. Lat. 4992*) : de castellano A, *et ita vulg., nomen proprium esse non intellegentes* : De castelliano B 1–2 *Post* tuorum *distinxi, post* horrida *edd.* (*cf. ThLL VI 2992, 35*) 1 Casteliane *scripsi* : -llane AB 2 colluvies *scripsi* : c(a)eca frames AB : saeva (taetra *potuit*) f- *Baehrens, sed fames nihil ad rem* cui *scripsi* : tibi AB 3 malasque *Meyer* : mol- AB 4 nariputrens *Burman* 4 filippe B *et* Fil- *edd., qua ratione nescio* : fel- A 5 est B : es A vultu *Baehrens* : -tus AB 7 polipus B : filippus A 8 heu *Baehrens* : eu A : he B : en *vulg. olim* : et *Riese* putrido A : putido B (*edd.*) 9 ac A : hac B : hanc *Baehrens* viduae similis facit *scripsi* : -am simul facit AB : -am similem fecit *Burman* : -am simul ac fecit *Baehrens* : -am simul – ∪ (*sic*) facit *Riese* inportuna (*pl. neut. Cf. ThLL VII 1, 665, 13*) *scripsi* : fortuna (fur- A) AB 10 qua] *Anne* quo? tu* *Nodellius, qui recte distinxit* : te AB moves, os culum *edd.* obsculū A : osculum tu B 11 pedis* *scripsi* (*cf. Anth. Pal. 11, 241 et 242*) : turpes A : tor- B : turpe os *Baehrens* : -pe est *Riese* 12 vissis* *ante me Vossius* (visis), *Stowasser, Heraeus* : bi- A : iussis B : *nugantur edd.* naribus A : mor- B : natibus *Baehrens* (!) efflans* *scripsi* : -as AB 13 os *scripsi* : es AB guttur tibi grande (-nd B) fusorius est (ē A) AB, *corr. Baehrens*

197

R. 206
B. IV 333

De Perpetuo

Parce, rapax, epulis, vehemens, Perpetue, glutto
mensarumque vorax, omnis cui picula cessit,
stultis qui madidas furto subducis ofellas.

198

R. 207
B. ibid.

De Crescituro

Cresciture, ferox ne quid tibi dorsa flagellis
conscindat coniunx, iunctis tu pedibus adstas.

199

R. 208
B. ibid.

De Tautano

Tautane, informi nulla qui coniuge captum
spiritus inmundus subito praecordia torsit
vendere mancipium pulchrum commune theatro?

197. *Habet etiam* B 1 *Post* epulis *distinxi* (parce *imperativus est*) perpetuo AB 2 cui picula (*ex* pica, *ave furacissima*) *scripsi* : cui cicula A : ciuicla B : cui sicula *sched.* : cui Cuiculi *Riese olim* : cui cenula *Baehrens* 3 stultis *Baehrens* : stultia A : dulcia B : dulci *Riese* madidas *sched.* (*cf. c. 190, 75*) : maragas A : emaratas B : mansas *coni. Baehrens*

198. cresceturo A, *sed* crescitur꞉ *infra* 2 pēdibus *ad* pedo *refert R. Renehan per litteras* unctis tu postibus* *conieceram*

199. 1 informi* *scripsi* : infamē A qui *scripsi* : quem A 2 percordia A 3 comonet A *Finem deesse putavit Riese, cui Baehrens adsensus est*

200

R. 209
B. IV 334

De Abcare servo domenico

Regius es Abcar servus, pilus, †hispidus ursus†,
rana, nanus, strobilus, palmus, †zelococa†, cylindrus.
piperis exigui formam vix corpore conples.
pulicis e corio vestit te gunna profusa.
†ad maratros† dabitur grandis formica caballus. *p. 114* 5
pulveris ut pilula brevis es, ut glomus †hic erras†.
ast ubi dormieris, caveat castissima coniunx
erres ne subito mixtus sub nocte tomento.
lendis forma tibi, statu non transilis ova;
aequalis ciceri, par est tibi forma cumini 10
†fasciarii pondus longi pars summa telonis†.
sic sepiam pelagus crispanti vertice gestat,
sic niger inpellit pilulas de stercore zinzar
araneasque leves [digitis] pendens in stamine bulla.

200. *Habet etiam* B abcare A : obcaro B 1 es *scripsi* (*cf.* 6) : est AB pilus* *scripsi* : palus AB *Anne* aspidis ovum? 2 nanus A : natus B zeloceca *quid sit nescio* 5 maragnos *Stowasser* (*cf.* μάραγνα) 6 es A : est B hic erras *corruptum credo.* amurcae *vel sim. exspectarem* 9 saltu *Burman* 10 *Anne* cumino? 11 *Haec neque intellego neque video quo modo mutata id, quicquid est, ad quod similitudines quae sequuntur referri debent, praebere possint. Fort. exciderunt aliqua post* pondus fasciculi *coni. Riese* temonis *coni. Baehrens* 14 araneasque *scripsi* : -eosque AB digitis *om. sched., servat Riese*

201

FELICIS

viri clarissimi

R. 210
B. ibid.

De thermis Alianarum

Hic ubi conspicuis radiant nunc signa metallis
  et nitido clarum marmore fulget opus,
arida pulvereo squalebat cespite tellus
  litoreique soli vilis arena fuit.
pulchra sed inmenso qui duxit culmina caelo, 5
  ostendens pronis currere saxa iugis,
publica rex populis Thra⟨sa⟩mundus gaudia vovit,
  prospera continuans munere saecla suo.
paruit imperiis mutato lympha sapore
  et dulcis fontes proluit unda novos. 10
expavit subitas Vulcanus surgere thermas
  et trepida flammas subdidit ipse manu.

202

EIUSDEM

R. 211
B. IV 335

Aliter

Nobilis exsultat baiarum fabrica thermis
  et duplicat radios montibus aucta dies.

201. de terminis alianarū felicis ūc. A 2 clarū- *ex* -ro A 4 litoreique *Oudendorp* : litureq; A 5 caelo] tecto *Baehrens* 6 *ad Amphiona spectare videtur* iugis (*i. e. montibus*)] viis *coni. Riese* 8 munere *Baehrens* : nomina A : numine *Schrader* suo *Schrader* : suis A 10 dulces A undas A 11 su (rgere *in ras.*) A

202. aliter eiusdem A, *et sic in tribus sequentibus* (*Riese secutus*

hoc uno rex fecit opus Thrasamundus in anno,
inclita dans populis munera temporibus.
hic senibus florens virtus renovatur anhelis, 5
hic fessos artus viva lavacra fovent. *p. 115*
miscentur pariter sociis incendia lymphis
et gelidos imbres proximus ignis habet.
utilis hic flamma est et nullos pascitur artus
optaturque magis per nova vota calor. 10
longior hic aegros morborum cura relinquit
nec lavat in vitreis hic moriturus aquis.

203

EIUSDEM

R. 212
B. ibid.

Aliter

Regia praeclaras erexit iussio moles,
sensit et imperium calx, lapis, unda, focus.
inclusus Vulcanus aquis algentibus hic est
et pacem liquidis fontibus ignis habet.
cum lymphis gelidis gestat concordia flammam 5
ac stupet ardentes frigida nympha lacus.

sum) 1 exultat *Baehrens* : insu- A baiarum *scripsi* : Bai- *vulg.* 2 montibus *scripsi* (*i.e. marmoribus; cf. ThLL VIII 1437, 66 et cc. 194, 4; 204, 12*) : fo- A

3 hoc uno *Vossius* : hic unus A 4 populis*] parvis *vel* paucis *Oudendorp* : propriis *Baehrens* : populi *Ziehen* : *fort.* multis *vel* longis 10 nova] bona *coni. Baehrens*

203. 2 locus *Petschenig, qui tamen* focus *pro* ignis *poni posse admonuit* 5 gestat] hic stat *sched. in marg.* : constat *Schrader* : extat *Riese* flammam *Mariotti*[4] : -mmę A 6 hac A

uritur hic semper gaudens neque laeditur hospes
  et vegetat medicus pectora fota vapor.
maxima sed quisquis patitur fastidia molis
  aut gravibus madido corpore torpet aquis, 10
hic Thrasamundiacis propere⟨t⟩ se tinguere thermis:
  protinus effugiet tristis uterque labor.

204

EIUSDEM

R. 213
B. IV 336

Aliter

Publica qui celsis educit moenia tectis,
hic pia rex populis Thrasamundus vota dicavit,
per quem cuncta suis consurgunt pulchra ruinis
et nova transcendunt priscas fastigia sedes.
hic quoque post sacram meritis altaribus aedem 5
egregiasque aulas, quas grato erexit amore,
condidit ingentes proprio sub nomine thermas.
hic bonus inriguis de⟨ce⟩rtat fontibus ignis,
hic etiam ardentis ⟨nullus⟩ timet ora camini, *p. 116*
plurimus hic imber gelidas adcommodat undas, 10
hic aestus levis est, hic nullum frigora torrent,
hic gemina⟨ta⟩ dies per candida marmora fulget.

7 hospes *ex* hostes A *m. 1* 8 uegetat *ex* uegitat A *m. rec.* 9 proxima ... fastigia *L. Mueller* *Fort.* marcida molis* *scripsi* : so- A 10 turpet A 11 hic *sched.* : his A

204. 2 dicabit A 5 sacrā *ex* -ra A *m. rec.* meritis] *'Corruptum?' Riese; sed altaria, quae rex grato amore erexit, deus meritus erat* 9 nullus (*i.e.* null') *Burman* (*cf. 11*) : *quattuor litterarum lacunam habet* A : nemo *Oudendorp* (*edd.*) 11 torrent *van Kooten* : terr- A 12 marmora *ex* -re A *m. rec.*

205

EIUSDEM

R. 214
B. ibid.

Aliter

Tranquillo, nymfae, deCurrite fluminis ortV.
Hinc nova flagranti sVccedite lumina FoebO
Rupibus excelsis ubi Nunc fastigia surgunT
Aequanturque polo toTis praecelsa lavacrA
Sedibus. hic magnis exArdent marmora signiS, 5
Ardua sublimes praevIncunt culmina termaE,
Muneraque eximius taNti dat liminis auctoR
Vnica continuae praeNoscens praemia famaE.
Non hic flamma nocet. vOtum dinoscite carmeN,
Discite vel quanto viVat sub †gurgite† lymfA. 10
Vandalicum hic renovAt †claro† de semine nomeN,
Sub cuius titulo meriTis stat gratia factiS.

205. *Habet etiam* B De termi alianarum B *In uno quoque versu litteram primam, undevicesimam, tricesimam septimam, ex quibus acrostichon, mesostichon, telestichon efficitur, rubro colore distinguit* A, *solum acrostichon* B 1 nymfae] *Sic poscit litterarum numerus; cf.* 2.6.10 2 hinc (*i.e. e balneis*) nova *scripsi*: hic proba AB : huc p- *Oudendorp* lumina *L. Mueller* : numine A : (it)uimine B : numina *vulg.* fębO A : flebo B 3 rupibus] *I.e., ut vid., aedificiorum culminibus; nam balneae in litore harenoso structae sunt* (*c.* 201, 4) ex celsis *edd.* 4 totis] *Anne* latis? 6 sublimes B : sedibus A praecingunt *Schrader* termae A : the- B 7 liminis *Heinsius* : lum- AB 10 quanto *edd.* : quant A, *ras. sequente* : -ta B gurgite *quo modo accipiatur nescio. Fort.* praesule limfaA A : lympha B (*edd.*) 11 claro A : -rum B : caro *L. Mueller* (*edd.*), *vix recte* : *anne* vero?

206

R. 215
B. IV 337

In Anclas

Vandalirice potens, gemini diadematis heres,
ornasti proprium per facta ingentia nomen.
belligeras acies domuit Theodosius ultor,
captivas facili reddens certamine gentes.
adversos placidis subiecit Honorius armis, 5
cuius prosperitas melior fortissima vicit.
ampla Valenti⟨ni⟩ani virtus cognita mundo
hostibus addictis ostenditur arte nepotis.

207

R. 216
B. ibid.

Postulatio muneris *p. 211*

Sic tibi florentes aequaevo germine nati
indolis aetheriae sidera celsa petant, *p. 212*
sic priscos vincant atavos clarosque parentes
exuperent meritis saeclaque longa gerant,
sic subolis numerum transcendat turba nepotum 5
nobilibusque iuges gaudia tanta toris:

206. *'Vandaliricus* (*Vandalorum rex*) *est Hildiricus rex, qui regnavit a. 523–530'* (*Riese*), *Valentiniani tertii nepos* 2 facta] *Cf. ad c. 194, 1* 4 facile A certamine *ex* -na A *m. 1* 5 placitis A 6 vicit *scripsi* (*placidis armis, i. e. sine bello, hostes subiciendo Honorius patris fortissima facta superavit*) : fecit A 8 arte *scripsi* (*cf. c. 194, 2*) : arce A nepotes A

207. *Habent etiam* BVW *ante c. 208. Casu omissum in posteriore codicis* A *parte adiectum est* 1 tibi A : s̄ V : *om.* BW 2 aetheriae *Schrader* : aeternae *codd.* 3–4 *Cf. c. 248, 36 sq.* 6 iuges A : riges BVW (*ex* reges W) tanta] *I. e. tot*

ne sterilem praestes indigno munere Musam,
utque soles, largus carmina nostra fove,
imperiis ut nostra tuis servire Thalia
possit et in melius personet icta chelys. 10

208

R. 217
B. IV 338

Epistula. Amans amanti *p. 116*

Candida sidereis ardescunt lumina flammis,
fundunt colla rosas et cedit crinibus aurum,
mellea purpureum depromunt ora ruborem *p. 117*
lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis,
ac totus tibi servit honos formaque dearum 5
fulges et Venerem caelesti corpore vincis.
argutae stant facta manus digitisque tenellis
Serica fila trahens pretioso in stamine ludis.
planta decens nescit modicos calcare lapillos
et dura laedi scelus est vestigia terra; 10
ipsa tuos cum ferre velis per lilia gressus,
nullos interimes leviori pondere flores.
guttura nunc aliae magnis monilibus ornent

10 chelis W : cęlis ABV explicit *subscr.* A (*'finis scilicet praefationis libello praemissae' Baehrens*)

208. *Habent etiam BV* Incipit epistł (aepistola V) BV amanti] *Cf. c. 11* 2 fundunt (-dant B) ... rosas] *I.e. rosas, i.e. roseum colorem, dispergunt* (*cf. Timpanaro*); *nugatur Riese* colla] labra *Maehly, sequente* ora *non bene; et cf. Hor. Carm. 1,13,2, Musaeum, Hero et Leand. 59–62* c(a)edit BV : cedunt A 3 mellea *Binetus* (*cf. Claud. Carm. min. app. 5,80* mellea ... basia) : mollia *codd.* 4 sublimat (*i.e. pulchriora facit?*) BV : -mina A : sublinit *Burman* 7 argutae stant* *scripsi* : argento stat *codd.* facta BV : firma (acta *supra* irma *scr. et punctis notatum*) A 9 capillos A 11 cum A : con BV voles *Salm.* 13 magnisve *Dousa* (*edd.*), *vereor ne poetam corrigens*

aut gemmas aptent capiti: tu sola placere
vel spoliata potes. nulli laudabile totum est: 15
in te cuncta probet, si quisquam cernere possit.
Sirenum cantus et dulcia plectra Thaliae
ad vocem tacuisse rear, qua mella propagas
dulcia et in miseros telum iacularis amoris 19
et grave vulnus alis nullo sanabile ferro. 22
Langueo, deficio, marcesco, punior, uror, 20
aestuo, suspiro, pereo, debellor, anhelo, 21
sed tua labra meo saevum de corde dolorem
depellant morbumque animae medicaminis huius
cura fuget, ne tanta putres violentia nervos 25
dissecet atque tua moriar pro crimine causa.
sed si hoc grande putas, saltem concede precanti
ut iam defunctum niveis ambire lacertis
digneris vitamque mihi post fata reducas.

209

PETRONII

R. 218
B. IV 96

De malis aureis amatori ab amata missis

Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis,
mittis et hirsutae munera castaneae. *p. 118*

15 laudare A 16 probet *Boissonade* : -bat AV : -bent B 18 rear A : reas B : reor V 22 *huc transp. Baehrens* alis *idem* : alit BV : aut A : alo *Riese, codd. ordine servato* 21 depellor A 25 cura] *'I. e. curatio' Riese* fuget V : fugit A : fulget B 26 dissecit A tua ... causa *Wernsdorf* : tuae ... causae (*ex* -so V) *codd.* : tuae ... curae *Baehrens* pro crimine] *I. e. tibi infamiam ferens*

209. *Habent etiam* BVS Petronii S : *om.* ABV amatori ... missis *om.* V, *totum titulum* S

omnia grata puta; sed si magis ipsa venires,
ornares donum, pulchra puella, tuum.
tu licet adportes stringentia fella palatum, 5
tristia mandenti est melleus ore sapor.
at si dissimulas, multum mihi cara, venire,
oscula cum pomis mitte: vorabo libens.

210

R. 219
B. IV 340

De Narcisso

Se Narcissus amat captus lenonibus undis;
cui si tollis aquas, non est ubi saeviat ignis.

211

R. 220
B. ibid.

De Perdicca

Eximius Perdicca fuit, qui corpore eburno
fulgebat roseisque genis, cui lumina blandas
fundebant flammas, crocei per colla capilli
pendebant variosque dabant sibi saepe colores.

3 omnia] *Anne* munera? puta *scripsi, Heinsio praeeunte* (puta; sed te magis. ipsa) : putem *codd.* : -es *Oudendorp* 5 adportes AS : exp- BV fella *scripsi* (*cf. c. 386, 24*) : mala *codd.* 6 tristia VS : -sticia A : -stitia B : -stis *Heinsius*

210. *Habent etiam* BVW

211. *Habent etiam* BV *Longioris poematis initium esse suspicor* perdicca A : -ica BV 2 blandas B : -da A (*edd.*) : -dis V 3 fundebant A : fulge- BV

fulvus poples erat, nitidus pes. omnia habebat 5
quidquid habet iuvenis. solus vincebat Adonem.

212

R. 221
B. ibid.

De Cupidine

Sol calet igne meo. flagrat Neptunus in undis.
pensa dedi Alcidae. Bacchum servire coegi,
quamvis Liber erat. feci mugire Tonantem.

213

R. 222
B. IV 185

De libris Vergili ab àsino comestis

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus.
o fatum Troiae! aut ecus aut asinus.

5 fuuluus A : fulbos B : fulbuus V pople A habebat *Baehrens* : h- ridens A : rident BV 6 quidquid *vel* quicq- BV : quid A habet B (*ex* -ent), V : habit A : avet *Baehrens* solus A : cullus B : uenis cullus u *in ras.* V adonem A : -ne BV

212. *Habent etiam* BVW, *item codd. Petavianus et Vossianus Claudiani ad Epith. Hon. 112 et codd. inscriptionum Cyriaci Anconitani. Vide Riese in Zeitschr. Öst. Gymnas. 18 (1867), 433 (sic) sqq.* 1 sol ABVW, *Cyr.* : mars *codd. Claud.* 2 redi *Cyr.* alcid(a)e AW, *codd. Claud.* : -di BV : tandem *Cyr.* 2–3 *desinunt in* coegi VW, *in* erat AB feci mugire tonantem *in 2 ponunt codd. Claud.* (*et* Bacchum servire coegi *in 3*), *in 3 Cyr., quibus verbis* quam liber erat martem sine marte subegi *add. Cyr.* 3 quavis A, *corr. Gruter*

213. *Habent etiam* BVW comestis BV : -esti A : -esis W 2 equus W

214

CORONATI

viri clarissimi

Locus Vergilianus

R. 223
B. IV 186 *Vivo equidem vitamque extrema per omnia duco*

Aspera diverso laxatur vita dolore
et morti vicinus eo vivitque labori
aegra salus. nostras cruciant dum flamina mentes, *p. 119*
vitae flatus abit. quantos post Pergama casus
vidit enim praeclara manus! quos saepe dolores 5
pertulit atque iterum quas sensit Troia ruinas!
plus cecidit post fata Phrygum. nunc ipsa cremata est
ab natis incensa suis recidivaque morti
iuncta est et casum meruit miseranda secundum.

214. *Habet etiam B* t(h)ema incip locus uergilianus (uir- A) uiuo ... duco uiri clarissimi (uc B) coronati AB ursus XXIII *add.* A *et* XX *in marg.* (*haec omnia colore rubro*) sunt vero *ante* v(e)rsus *add. Riese* *Versum Vergilianum* (*Aen.* 3, 315) *ab eo qui titulum fecit ingestum puto. Nam quae sequuntur in Aeneae ore posita ad Aen.* 5, 604 *sqq., i.e. classem Troianam a Troianis matribus incensam, spectare mihi satis liquet* 1 luxata est *sched.* : lassatur *Burman* (*Riese*) : vexa- *Petschenig* : iacta- *coni. Baehrens* (*at doloribus referta vita quodam modo dilatatur*) 2 labori *scripsi* : dolori AB 4 abiit AB quantos B : -tus A 5 enim] em A : idem B : item *Baehrens* : *anne* iam? (vidit ... manus *in parenthesi Riese*) quos *om.* B 7 fata B : facta A 8 ab natis *scripsi* : ign- AB : in n- *vulg.* : ignaris *Baehrens* 9 est et *etiam* A (*errant edd.*) caesum *vulg. olim* secundum *scripsi* : maritum AB (*cf.* nova nupta *infra*) : malignum *Baehrens* ('et casus iterum miseranda recepit *scribere non alienum erit' Riese*)

traditur infestis semper nova praeda procellis 10
et flammas habet ipsa suas taedasque ministrat
sola sibi. non hostis eget, non ignibus umquam:
de facibus micat ipsa suis lumenque nigellum
possidet infelix semper.
Quas aequoris iras,
quas caeli terraeque lues miserabile vulgus 15
pertulit, errantes saevis Tritonis in undis!
atque domus mihi pontus erat Phrygiique penates
et quasi iam pirata fui; lacrimisque profusis
inter aquas siccabat homo nostro⟨s⟩que profecto
fluctibus addebam. fluctus crescebat in astra, 20
et mihi naufragium nostri fecere liquores.

R. 223 a
B. IV 187

215

Iam mulier sibi nauta fuit, iam Virginis astrum
vidit virgo, potens fortes torquere rudentes
et remis aptare manus, curaque vigente
nocte vigil fuerat. non norat femina somnum.
sideribus iam docta poli (labor ipse magistram 5
fecerat astrorum) norat venientia fata.
non ver tranquillum fuerat, non mollior aestas;
sideribus tempus, requiem non denique norat.

10 noua *ex* -ā A praeda *Baehrens* : nupta (*ex* p̄da *ortum?*) AB 12 hostis eget *scripsi* : lucis e- (egit A) AB : luce caret *coni. Riese* 16 saevis *Burman* : sepius AB 17 atq; B : ad A : *anne* iamque? 18 profusis (*ex* -sus A) : -sas *Baehrens* 19 siccabat (seca- B) homo* AB : stagnabat humus *Oudendorp* nostrosque* *Timpanaro*: -roque AB : -rasque *Oudendorp* 20 addebam *Timpanaro* : -bant AB : -bat *Oudendorp* astra *Oudendorp* : -ris AB

215. *Habet etiam* B *Hos versus a praecedentibus auctore Baehrens separavit Riese, ex carmine de Minerva Argo navem gubernante decerptos ratus, absurde id quidem* 1 astrū A : ri B 5 nam *Baehrens* 6 fuerat A : fecerit B 8 tempus] *Sc. anni*

216

R. 224
B. IV 341

De electione coniugii

Moribus et vultu coniunx quaeratur habenda.
horrida nam facies nullo celatur ab auro. *p. 120*
si quis erit sponsus talem qui ducat avarus,
horreat ipse suam; feditas dissolvit amorem.
sequitur illa calens, dorsum dabit ille calenti. 5
cogetur fervens clunem submittere asello,
concubitu turpi monstrum paritura biforme,
quem mater ipsa suum timeat contingere natum.
discite formonsas aurum superare puellas.

217

R. 225
B. ibid.

De esiciata

Amisit proprias vacuato corpore carnes
accepitque novas. dedit ac tulit, et grave lucrum
perdendo adquirit. damno bene crevit in illo.

216. *Habent etiam* BV, *item cod. Casanatensis B IV 18* (*saec. IX*), *qui tamen nihil utile adfert* 1 abenda (h *supra scr.* BV) ABV : avenda *Petschenig* 2 nullo *Schrader* : multo AV : -ta B 3 qui] si ABV 4 horreat *L. Mueller* : horret (-it A) et ABV dissoluit B : dis(s)oluet (*ex* -uit A) AV (*edd.*) 5 illa calens sequitur *scribere noluit Burman* 6 fervens *Baehrens* : -uore suo ABV (*Riese*) : (cogetur)que suo *vulg. olim* clunem AB (*cf. Iuv.* *6, 334*) : crura V : suras *Binetus* 8 quem mater] m- ut *Baehrens* : m- quem *L. Mueller* 9 formonsas AB : -osas V

217. 2 accipitq; A tollet A lucro A 3 illa A

218

CORONATI

viri clarissimi

R. 226
B. IV 342

Aliter unde supra

Mortua fit praedo pullorum: turgida membris
ex aliis crescit nec sese repperit in se.

219

DONATI

R. 227
B. ibid.

De ovata

Ovorum copiosa phalanx in ventre tumentis
conditur et membris crescit gallina repletis.
mortua concepit quantum nec viva creavit.

220

CORONATI

viri clarissimi

R. 228
B. ibid.

Unde supra

Medeam fertur natos Prognenque necasse.

218. aliter unde supra ūc coronati A 1 *Post* pullorum *distinxi** : *post* praedo *edd.* 2 nec sese] *I. e. et corpora aliena*

219. de obata donati A 2 crescet A

220. unde sūp. ūc. coronati A 1 prognemq; negasse A

haec natis propriisque suis vel prole sor⟨or⟩um
crescit; plus moriens sumpsit de caede tumorem.

221

R. 229
B. ibid.

De pressa

Turgida sum moriens sollertique arte referta.
crescens decresco. nomine pressa vocor.

222

R. 230
B. ibid.

De mistu asso

Perna, lepus, turtur, perdix, Iunonius ales,
agnus, porcellus iunguntur, candidus anser.
aethera quod pontusque, altrix quod terra creavit *p. 121*
cernimus esciferum paulatim sumere ventrem.

223

R. 231
B. ibid.

De pastillo coceti

Blandum mellis opus sollerti fingitur arte.
faucibus hoc dulce est, dentibus interitus.

2 haec *Riese* : en A : ex *Meyer* : e *Baehrens* propriisque suis vel prole* *scripsi* : atabisq; (*ex* ꝑbriisq; *ortum?*) simul uel (ue *in ras.* = *et*) cede A sororum *L. Mueller* : sorum A 3 caede* *sched.* : prole A

221. 1 solertisq; A, *corr. Burman* referta *coni. Riese* : defixa A : reficta *Petschenig* : refixa *vulg. olim*

222. mistu (*vel* mixtu) asso *Klapp* : missuassu A 3 ętera A : aethra *Duebner* : *anne* aether?

223. pastillo coceti *Riese* : -llu cocten A : -llo coceto *Baehrens* 1 solerti A, *ut solet* 2 interitū A

224

SENECAE

R. 232
B. IV 55

De qualitate temporis

Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit,
omnia sede movet, nil sinit esse diu.
flumina deficiunt, profugum mare litora siccat,
subsidunt montes et iuga celsa ruunt.
quid tam parva loquor? moles pulcherrima caeli 5
ardebit flammis tota repente suis.
omnia mors poscit; lex est, non poena, perire;
hic aliquo mundus tempore nullus erit.

225

CAESARIS

R. 233
B. IV 102

De libris Lucani

Mantua, da veniam, fama sacrata perenni:
sit fas Thessaliam post Simoenta legi.

224. *Habent etiam* BWS, *item cod. Casanatensis B IV 18* (*vide ad c. 216*) XXI *in marg.* A 2 sinit WS, *Cas.* : sinet AB 3 siccant *Heinsius* (*edd.; vide Mariotti*[3])

225. *Habent etiam* CS *et cod. Probi comment. Vergiliani Paris. 8209* (*saec. XV*) cesaris (-ar C) de libris lucani ACS : Distichum Alcimii *Paris. 8209* 1 mandata uenia A famae *Dousa* 2 pharsalia *Paris. 8209*

226

PENTADI

R. 234
B. IV 343

De Fortuna

Res eadem adsidue momento volvitur uno
atque redit dispar res eadem adsidue.
vindice functa manu Progne pia dicta sorori,
impia sed nato vindice functa manu.
crimine laesa suo Colchis fuit ulta maritum, 5
sed scelerata fuit crimine laesa suo.
coniugis Eurydice precibus remeabat ad auras;
rursus abit vitio coniugis Eurydice.
[sanguine poma rubent Thisbae nece tincta repente;
candida quae fuerant, sanguine poma rubent.] 10
Daedalus arte sua fugit Minoia regna;
amisit natum Daedalus arte sua. *p. 122*
munere Palladio laeti qua nocte fuere,
hac periere Phryges munere Palladio.
nate, quod, alter, ades caelo, sunt gaudia Ledae; 15
sed maeret mater, nate, quod, alter, ades.

226. *Habent etiam* BV *Titulus parum aptus* (*cf. c.* 25) 1 adsidue A : -uo V : adsuo B 2 res BV : es A 3–4 functa *bis L. Mueller* : facta ABV 5–6 crimine *bis Schrader* : carmine (-na B) *codd.* (*edd.*), *quod ad natorum necem non pertinet* laesa (*sc. ab Iasone*) ... laesa (*i. e. orba facta*) *scripsi* : uisa ... uisa A : nisa ... nisa *Riese* : fisa ... fisa *Baehrens* *Vv. 9–10, ut qui schemati in primo disticho proposito non respondeant, pro nugatoris interpolatione seclusi* 9 Thisbae nece *L. Mueller* : tristi n- *codd.* : Thysbaeo *Heinsius* 11 sua BV : *om.* A 14 hac A : ac BV 15–16 *distinxi* 15 ades *Pithoeus* : -st AB : adē V gaudia B : -dio A : -di V 16 ades (*sc. sibi in Orco*) *Riese, re non intellecta* : adest *codd.* : abest *Pithoeus*

hostia caesa fuit diri Busiridis hospes,
  Busirisque aris hostia caesa fuit.
Theseus Hippolyto vitam per vota rogavit,
  optavit mortem Theseus Hippolyto. 20
stipite fatifero iuste quae fratribus usa est,
  mater saeva fuit stipite fatifero.
sola relicta toris flevisti ⟨in⟩ litore, Gnosis;
  laetata ⟨es⟩ caelo sola relicta toris.
aurea lana fuit Phrixum quae per mare vexit; 25
  Helle qua lapsa est, aurea lana fuit.
Tantalis e numero natorum facta superba;
  natorum adflicta ⟨est⟩ Tantalis e numero.
Pelias hasta fuit vulnus grave quae dedit hosti;
  hoc quae sanavit, Pelias hasta fuit. 30
[per mare iacta ratis pleno subit ostia velo;
  in portu mersa est per mare iacta ratis.
lux cito summa datur natusque extinguitur infans;
  †atque animae prima† lux cito summa datur.

17–18 caesa* *ante me Maehly* (*bis*) : saepe *codd.* : et ipse *Heinsius* : saeva *L. Mueller* : lege *Schenkl* : sacra *Baehrens* 18 busiritisaris A : -ridis horis B : busridis oris V 21 fratribus] *I. e., ut vid., ut fratres ulcisceretur* usa *Heinsius* : ausa *codd.* 23 flevit in *Petschenig* 24 laetata es* *scripsi* : -tatur *codd.* : -taris *nescio quis* 26 helles *codd.* 27 e *Oudendorp* : est BV : *om.* A 28 est *add. idem* (*productio vocalium ne hoc quidem versus loco apud hunc poetam invenitur*) e *idem* : est *codd.* 29 hosti (h *supra scr.*) B : -is AV 30–31 *om.* BV 30 hoc quoq; : A *Vv. 31–36, qui neque exempla ex mythologia trahunt neque Pentadio digna videntur, seclusi* 31 per *Pithoeus* : post A uela A 32 mersa *Heinsius* : ue- *codd.* per *Pithoeus* : post AB : p̊ V 34 adq; A, *ut solet* primae *Oudendorp* : pretium *Heinsius* aetate extrema *temptavi*

sunt mala laetitiae diversa lege creata; 35
iuncta †tam† adsidue sunt mala laetitiae.]

227

EIUSDEM

R. 235
B. IV 344

De adventu veris

Sentio, fugit hiems, Zephyrisque animantibus orbem
iam tepet Eurus aquis. sentio, fugit hiems. *p. 123*
parturit omnis ager, persentit terra calores
germinibusque novis parturit omnis ager.
laeta virecta tument, foliis sese induit arbor; 5
vallibus apricis laeta virecta tument.
iam Philomela gemit modulis; Ityn impia mater
oblatum mensis iam Philomela gemit.
monte tumultus aquae resonat per levia saxa
et late resonat monte tumultus aquae. 10
floribus innumeris pingit sola flatus Eoi
tempeaque exhalant floribus innumeris.
per cava saxa sonat pecudum mugitibus Echo
voxque repulsa iugis per cava saxa sonat.
vitea musta tument vicinas iuncta per ulmos; 15
fronde maritata vitea musta tument.

35 creati *codd.* 36 iunctatā AV : iunctam B : et iuncta *vulg. olim* : iuncta etiam *Baehrens* : -ta autem *Riese, qui etiam* -ta tamen nimiae *coni.* adsidue *Maehly* : -u(a)e *codd.*

227. *Habent etiam* BV 2 aquis *Pithoeus* : eq- *codd.* 3 terra *idem* : cera *codd.* 5 foliis *idem* : folio *codd.* (*cf. ThLL VI 1012, 58*) 9 laevia *edd., qua ratione nescio* 11 Eoi] *I. e. matutinus?* 14 voxque *Salm.* : bisq; A : uisque B : us- V 15–16 musta *pro* pampinae, *ut vid., usurpatum notabiliter* 15 iuncta BV : -as A : vincta *Heinsius*

nota tigilla linit iam garrula luce chelidon;
  dum recolit nidos, nota tigilla linit.
sub platano viridi iucunda⟨t⟩ somnus in umbra
  sertaque texuntur sub platano viridi. 20
nunc quoque dulce mori, nunc, fila, recurrite fusis;
  inter et amplexus nunc quoque dulce mori.

228

SENECAE

R. 236
B. IV 55

De Corsica

Corsica, Phocaico tellus habitata colono,
  Corsica, quae patrio nomine Cyrnos eras,
Corsica, Sardinia brevior, porrectior Ilva,
  Corsica, piscosis invia fluminibus,
Corsica, terribilis, cum primum incanduit aestas, 5
  saevior, ostendit cum ferus ora canis:
parce relegatis; hoc est, iam parce solutis:
  vivorum cineri sit tua terra levis. *p. 124*

17 luce (-em A) *codd.* : voce *Meyer* (*at cf. Ael. Nat. anim. 9,17* λυποῦσα τὰ ἑωθινὰ τῷ λάλῳ) 19 iucundat *Meyer* : -da *codd.* : -dus *Burman* 21–22 nunc *ter scripsi* (*cf. Hor. Carm. 1, 4. 9. 11*) : tunc *codd.* quoque] *Mallem* mihi (*bis*)

228. *Habent etiam* BVW Senecae *om.* V De Corsica *om.* ABW 2 patrio W : pario AB : graio V (*Riese, Prato*) : privo *Baehrens* 3 sardinia VW : -ię A : cordanie B ilua AW : si- B : illa V 4 invia *scripsi* (*cf. c. 229, 7, Sen. Dial. 12, 9, 1. Eandem clausulam habet Ov. Fast. 5, 582*) : peruia *codd.* 6 cum V : ec ABW 7 relegatis VW : relig- AB solutis ABW : sepultis V (*cf. Verg. Aen. 3, 41*)

229

R. 237
B. IV 56

⟨Item⟩

Barbara praeruptis inclusa est Corsica saxis,
horrida, desertis undique vasta locis.
non poma autumnus, segetes non educat aestas
canaque Palladio munere bruma caret.
imbriferum nullo ver est laetabile fetu 5
nullaque in infausto nascitur herba solo.
non panis, non haustus aquae, non ultimus ignis,
hic sola haec duo sunt: exul et exilium.

230

R. 238
B. ibid.

De ovili

Iam nitidum tumidis Phoebus iubar intulit undis,
emeritam renovans Tethyos amne facem.
astra subit niveis Phoebe subvecta iuvencis,
mitis et aetherio labitur axe sopor.

229. *Habent iidem* (*cum priore coniungunt* ABV) eiusdem W : item *edd. nonnulli* : *utrumque Riese* 3 educat BVW : d- A 5 imbriferū AW : -ro B : umbrorū V : umbrarum *vulg. olim* : hic florum *Cannegieter* (*sic intellego, in Corsica ver neque imbres ferre neque ullo fetu laetabile esse* 7 ultimus] utilis *Barth* (*ligna in pyras deficere significatur*) 8 hic V : hę A : haec BW

230. *Haec cum insequenti disticho in* A *coniuncta separavit Riese; lacunam post v. 4 iam statuerat Baehrens* De ovili *L. Mueller* : de ouidio A (*pro glossa expulit Tandoi*) : De die occiduo *Riese. Tituli scriptorem tria disticha pro uno epigrammate habuisse et ad ultimum tantum respexisse verisimile est* 2 Tethyos amne *Heinsius* (*cf. c. 99, 9*) : thedidis amnē A

R. 238 a
B. ibid.

231

* * * * * * * * * * * * *

adludunt pavidi tremulis conatibus agni
lacteolasque animas lacteus umor alit.

232

R. 239
B. IV 77

Laus Xersis

Xerses magnus adest. totus comitatur euntem
orbis. quid dubitas, Graecia, ferre iugum?
tellus iussa facit, caelum texere sagittae,
abscondunt clarum Persica tela diem.
classes fossus Athos intra sua viscera vidit, 5
Phrixeae peditem ferre iubentur aquae.
quis novus hic dominus terramque diemque fretumque
permutat? certe sub Iove mundus erat.

233

R. 240
B. IV 345

Cupido amans

Quis me fervor agit? nova sunt suspiria †mentis†.
anne aliquis deus est nostro vehementior arcu?

232. *Vv. 1–3 habet etiam* V, *id quod Riese fefellit* *titulum ita* A : De monte atho V 1 xersis A : terres V comitatur V : -us A 3 tellus A : mundus V cęlum A : solem V 4 calcatur pontus luctuat (fl- *vulg. olim*) altus athos V 6 eryxeę A 7 novus *Salm.* : -um A dominus *D'Orville* : hominū A : daimon *Oudendorp* terraq; A fretuq; A 8 iouem A

233. 1 ferauorgit A menti *sched.* (*vulg.*) : *anne* amantis?

quem mihi germanum fato fraudante creavit *p. 125*
diva parens? ⟨nimis⟩ an ⟨iam⟩ spicula fusa per orbem
vexavere polum, laesusque in tempore mundus 5
invenit poenam? sed si mea vulnera novi,
hic meus est ignis, meus est, qui parcere nescit.
en Furiis Irisque trahor! licet orbe superno,
Iuppiter, atque altis undis, Neptune, tegaris,
abdita poenarum te cingant Tartara, Pluton: 10
inpositum rumpemus onus. volitabo per axem
mundigerum caelique plagas pontique procellas
umbriferumque Chaos. pateant adamantina regna,
torva venenatis cedat Bellona flagellis!
poenam mundus amet, stupeat, †vix maior†, anhelet! 15
ins⟨t⟩e⟨t⟩ saevus amor fraudemque in vulnere quaerat.

234

R. 241
B. IV 346

De rore

Imbre serenifero sudat nox humida caelo;

3 germano A fato A : partu *Baehrens* 4 nimis* *addidi* : satis *Wakker* iam *addidi, prosodiae causa* : mea *Wakker* 5 polum] *I. e. deos* 7 *Post* ignis *plenius dist. edd.* 8 en Furiis Irisque *scripsi* (*cf. Stat. Theb. 3, 424* Furor Iraque, *Verg. Aen. 12, 336* Iraeque Insidiaeque) : infurias ignesq; (*ex* ignis *supra*) A 9 atque altis *scripsi** : exa- A : et salsis *Wakker* 10 te cingant *Oudendorp* : est · ingum A 11 onus *ad solum Plutonem vel ad Neptunum et Plutonem spectat; cf. Housman, Cl. Papers 546 ad Hor. Sat. 2, 2, 11–13* 13 adamantica A 14 turba A 15 vincatur *Riese* : vesc-* *conieci* 16 instet *scripsi, praeeunte Riese* (instat; *cf. Prop. 2, 30, 7*) : in se A quaerat *sched.* (*edd.*)

234. *Pro fragmento habent edd.* 1 imbre *scripsi* : cumq; A serenifero *scripsi* (*imber serenifer = ros*) : -fluo A (*cf. c. 281, 300*) : -fico *L. Mueller* cedat *Petschenig*

mane rigent herbae vitreaque aspergine lucent
gramina et in gemmis stabiles tenet aura liquores.

235

R. 242
B. IV 183

Unde supra

Temporibus laetis tristamur, maxime Caesar,
hoc uno, amissum quod gemo Vergilium.
sed vetuit relegi, si tu patiere, libellos
in quibus Aenean condidit ore sacro.
Roma rogat precibusque isdem tibi supplicat orbis 5
ne pereant flammis tot monumenta ducum.
anne iterum Troiam, sed maior, flamma cremabit?
fac laudes Italum, fac tua gesta legi,
Aeneidemque suam fac maior Mincius ornet. *p. 126*
plus fatis possunt Caesaris ora dei. 10

3 stabilem A auras ligores A

235. *Habent etiam Vatican. 1575 (saec. XI) et codd. recentes aliquot editionesque Vergilianae* unde supra A, *quod ad carmen omissum respicere constat* : Decastica cornelii poetę. prefecti ęgipti. uirgilii maronis amici ad octaui⟨an⟩um augustum *Vat.* : Supplicat Cornelius Gallus ad Augustum ne comburatur Aeneis *vel. sim. recc.* 2 amissum A : -sso *cett.* quod A : quem *cett.* non uno amisso (quod gemo) Vergilio *Baehrens* : hoc uno: amissum (quod gemo) Vergilium *Riese (!)* 3 sed] et *Riese* relegis si A patiere A : -iare *cett.* 5 isdem A : idem *Vat.* (*sic vel* precibus totus *vel* -busque etenim *recc.*) 7 anne *Barth* : adq; A : atque *Vat.*, *item vel* nempe *recc.* cremauit A 8 gesta A : facta *cett.* (*gesta Augusti in Aeneide vix legi vel non meminerat poeta vel non curavit*) 9 Aeneamque suum *ed. Veneta a. 1480* maior Mincius* (mitius *Vat.*, nuncius *recc.*) *iniuria suspectum* 10 diei A

236

R. 243
B. ibid.

De equis aëneis

Quae manus hos animavit equos? quis aere rigenti
currere velle dedit et in aethere quaerere cursus?
spirant aërias involvere cursibus auras,
arte citi sed mole graves, properante metallo.

237

R. IV 244
B. IV 184

Thema: Turne, in te suprema salus

Turne, spes Italum, custos fortissime regni,
si properes, muros, arces civesque Latinos
non solitis urguet Troianus viribus hostis,
sed potiora premunt. quare mi ignosce fugaci:
nec pugnae inferior nec belli, crede, relictor 5
adserar. adflatus timendo fulmine miles
nec culpam nec crimen ⟨h⟩abet. nam bella mutatus
nunc gerit Aeneas: reverendi fragor Olympi
ex umbone tonat, caelestes concita flammas
hasta iacit, oculis elatus ingerit ensis 10

236. 1 quis aere *scripsi* : quissęre A : quibus aere *Salm.* : quis in a- *Riese* 3 spirant] *I. e.* gestiunt? 4 sed] nec *coni. Baehrens* : *anne* vel (= *etiam*)?

237. Turne *sqq.*] *Aen. 12, 653* 1 fortissimi A 3 urguet (u *alt. supra lin.*) homanus A, *corr. sched.* 4 potiora] *I. e. potentiora, ne* peiora *coniciendum sit* (*cf. c. 291, 2*) mi *Baehrens* : nun A quem nunc (ignosce) fugavit *Riese* 6 adflatus *scripsi* (*cf. ThLL I 1240, 47*) : armatus A metuendo *Burman* (*'carmen vitiis prosodiacis scatet' Riese*) fulmine *Baehrens* : -na A 7 mutatus* A : mina- *Burman* (*edd.*) 8 reuerendo A 10 elatus *Burman* : fl- A : elatusque *Baehrens* ingerit *ex* -ret A

fulgura, progeniesque deae testata vigorem
numinis antiqui spoliavit fulmine caelum
et tulit arma Iovi. quod felix turba deorum
in saevos quondam potuit conferre Gigantes
Aeneas nunc solus habet urbisque ruinam 15
saevo Marte parat, Italasque ⟨e⟩vertere turres
non ariete gravi, non torti turbine saxi
disponit; spernit belli tormenta magister
et memor exitio Troiam sic esse sepultam
iam faces, non tela iacit. scit quippe tyrannus 20
Iliacas sine face domus stetisse per aevum. *p. 127*
Heia, age, curre, precor. te mater rexque Latinus,
turba senum, lacrimans Lavinia virgo requirit.

238–245

FLORI

R. 245–252
B. IV 346–348

De qualitate vitae

R. 245

238

Bacche, vitium repertor, plenis adsis vitibus:
effluas dulcem liquorem conparandum nectari,

11 deae *scripsi* : dei A : deum *Oudendorp* 14 sęuus A 17 ariete non crebro *Baehrens* 19 exitio *Baehrens* : -tii A 20 iam] ille *coni. Riese* faces] torres, *et* torre *infra, Baehrens* stetisse] *'I. mansuras fuisse' Riese; immo, opinor, donec face ceciderint stetisse*

238–246. *Sine intervallis* A, *item* BW flori A : -idi BW vitae] vini *Otho,* vitium *L. Mueller, ad unum c. 238 referentes*

238. 1 uitium AW : uitum B : vini tu *L. Mueller* plenis *Pithoeus* (*cf. c. 464, 9*) : -nus *codd.* utribus *Scriverius*

conditumque fac vetustum, nec malignis venulis
asperum ducat saporem versus usum in alterum.

R. 246

239

Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens.
dulce de labris locuntur, corde vivunt noxio.

R. 247

240

Sic Apollo, deinde Liber sic videtur ignifer:
ambo sunt flammis creati prosatique ex ignibus;
ambo de comis calorem, vite et radio conferunt;
noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

R. 248

241

Quando ponebam novellas arbores mali et piri,
cortici summae notavi nomen ardoris mei.
nulla fit exinde finis vel quies cupidinis:
crescit arbor, gliscit ardor: ramus implet litteras.

3 nec A : ne BW uenulis W : uenilis (u *supra* i *pr. scr.*) A : suenulis (*ras. post* nu) B : faecibus *Baehrens* 4 uinalterum A : in altero BW

240. 3 comis] donis *Schrader* (*edd.*); *vide Mariotti*[2] uitę A : *om.* BW conferunt AW : conse- B

241. 3 fuit exinde *Schrader* (*vide E. Malcovati, Athenaeum 28* (*1950*), *278 sq.*) : facta e- *Baehrens* : fiet inde *Garrod* 4 ardor AW : arbor B ramus (ram;)] animus *Peerlkamp* (*edd.*)

R. 249

242

Qui mali sunt, non fuere matris ex alvo mali,
sed malos faciunt malorum falsa contubernia.

R. 250

243

Sperne mores transmarinos, mille habent offucias.
cive Romano per orbem nemo vivit rectius.
quippe malim unum Catonem quam trecentos Socratas.

R. 251

244

Tam malum est habere nummos non habere quam malum est.
tam malum est audere semper quam malum est semper pudor.
tam malum est tacere multum quam malum est multum loqui.
tam molum est foris amica quam malum est uxor domi. *p. 128*

242. 1 ex (*vel* abs) *Pithoeus* : ab *codd.* ('aluo *trisyllabum est' Riese*)

243. 1 spernes̈ more A offugii (*ex* -ia?) offucias W : offugia B : officia A 2 urbem AB 3 sograes A : socr- W : socreteas B

244. 2 semper (*alt.*) BW : p̧ A pudor AW : pauere B : pavor *Lipsius* 3–4 quam (*bis*) BW : tam A

R. 250, 4

245

Nemo non haec vera dicit, nemo non contra facit.

R. 252

246

Consules fiunt quotannis et novi proconsules;
solus aut rex aut poeta non quotannis nascitur.

247

REPOSIANI

R. 253
B. IV 348

Concubitu⟨s⟩ Martis et Veneris

Discite securos non umquam credere amores.
ipsa Venus, cui flamma potens, cui militat ardor,
quae tuto posset custode Cupidine amare,
quae docet et fraudes et amorum furta tuetur,
nec sibi secura⟨s⟩ valuit praebere latebras.
Inprobe, dure puer, crudelis, crimine matris
pompam ducis, Amor, nullo satiate triumpho?
quid conversa Iovis laetaris fulmina semper?
ut mage flammantes possis laudare sagittas,

245. *Riese hunc versum carmine 244 alienum esse recte iudicavit, sed in fine c. 243, quo transtulit, plane obest. Equidem eum ad alia nunc deperdita respicere arbitror*

246. 2 quot annis W : quoda- AB

247. concubitu A : De c- *edd. plerique* 1 securusnonnūquā A 6 *Post* crudelis *distinxi, post* matris *vulg.* 8 quid *Burman* : quod A : quo *Oudendorp* conversa] *I. e. retro in ipsum versa, qui flammas, quas in alios mittere solet, ipse accipit*

iunge, puer, teretes Veneris Martisque catenas. 10
gestet amans Mavors titulos et vincula portet
captivus, quem bella timent; utque ipse veharis
iam roseis fera colla iugis submittat amator.
post †vulnus†, post bella potens Gradivus anhelat
in castris modo tiro tuis, semperque timendus 15
te timet et sequitur qua ducunt vincla mariti.
Ite, precor, Musae: dum Mars, dum blanda Cythere
imis ducta trahunt suspiria crebra medullis,
dumque intermixti captatur spiritus oris,
carmine doctiloquo Vulcani vincla parate, 20
quae Martem nectant Veneris nec brachia laedant
inter delicias roseo prope livida serto.
Namque ferunt Paphien, Vulcani et Martis amorem,
inter adulterium nec iusti iura mariti
indice sub Phoebo captam gessisse catenas. *p. 129* 25
illa manu duros nexus tulit, illa mariti
ferrea vincla sui? quae vis fuit ista doloris!
an fortem faciebat amor? quid, saeve, laboras?
cur nodos Veneris Cyclopia flamma paravit?
de roseis conecte manus, Vulcane, catenis, 30
nec tu, ⟨cru⟩de [inde], liges, sed blandus vincla Cupido,
ne palmas duro cum nodus vulnere laedat.

13 submittat *Burman* : -ttit A (*edd.*) 14 vulnus *pro* vulnera *vix probandum*. caedes *vel* pugnas (*cf. 77*) *exspectares* 15 in castris ... tuis] *Haec cum triumphi imagine male quadrant, poetae scilicet culpa* 16 di . cunt A mariti (*i. e. Vulcani, cuius catenis Mars in Cupidinis pompa ducitur* (*10; cf. 26 sq.*)] marita *Oudendorp* (*edd.*), *perperam* 22 delicias *Burman* : diuitias A 24 nec *Maehly* : uel A 26 manu *Schrader* : -us A 26–27 illa ... sui *pro interrogatione habui* 29 ciclopea A parabit A 31 crude *scripsi* : deinde A, *quem pannum ex* (nec tu) de *factum puto* 32 cum nodus *coni. Baehrens* : comodus A : nodus modo *sched.* : nodus cum *Baehrens* (n- duro cum *iam Maehly*) : dum nodas *Sedlmayer*

Lucus erat Marti gratus post vulnera Adonis,
pictus amore deae, si Phoebi lumina desint
tutus adulterio, dignus quem Cypris amaret, 35
quem Byblos coleret, [dignus] quem Gratia †servit†. 36
ornat terra nemus: nunc lotos mitis inumbrat, 39
nunc laurus, nunc myrtus. habent sua munera rami; 40
namque inter frondes redolentia mala relucent. 41
vilia non illo surgebant gramina luco: 37
hic sunt purpureos candentia lilia flores, 38
hic rosa cum violis, hic omnis gratia odorum, 42
hic inter calthas coma mollis laeta hyacinthi.
dignus amore locus, cui tot sint munera rerum.
non tamen in lucis aurum, non purpura fulget; 45
flos lectus, flos vincla tori, substramina flores.
deliciis Veneris dives natura laborat.
texerat hic liquidos fontes non vilis harundo,
sed qua saeva puer conponat tela Cupido.

34 lectus *Wernsdorf* : laetus *coni. Riese* (*amore deae florem significari qui ex Adonidis sanguine crevit vidit Timpanaro; de interpunctione vide eundem*) 36 Byblis *Riese* (*!*) colerit A dignus *seclusi* q; A servit] servet *plerique* : haberet *vel* averet *Maehly* : sciret *vel* mallet *Roncoroni* *Fort.* quem Gratia viseret ⟨ultro⟩ (*i.e. sine Venere; cf. 51.88*) 39–41 *huc transp. Baehrens* 39 lotos mitis *Burman* : locos (*ex* locus) uitis A : lucos vitis *item Burman* (*Riese*) 41 inter *scripsi* : hicper A mala relucent *Baehrens* : lilia pendent A 38 hic sunt *scripsi* : pingunt A : ci- *Oudendorp* (*cf. traditam lectionem in Eleg. in Maec. 1, 62* bracchia purpurea candidiora nive, *et, quod ad accusativum attinet, Virg. Aen. 5, 97* nigrantis terga iuvencos) purporeus A 42 rosas A odorum *Baehrens* : florum (rum *compendio*) A 43 calthas* (*i.e.* caltas) *scripsi* : uiolas A : casias *coni. Baehrens* 46 tori *Baehrens* : -is A subtramine A

hic solum Paphiae, puto, lucus fecit amori, 50
hic Martem expectare solet.
Quid, Gratia, cessas?
quid, Charites? cur, saeve puer, non lilia nectis? *p. 130*
tu lectum consterne rosis, tu serta parato
et roseis crinem nodis subnecte decenter.
haec modo purpureum decerpens pollice florem 55
cum delibato suspiria ducat odore;
at tibi blanda manus ⟨parilem⟩ sub pectore condat;
tu, ne purpurei laedat te spina roseti,
destrictis teneras foliis constringe papillas.
sic decet in Veneris luco gaudere puellas. 60
ut tamen inlaesos Paphiae servetis amores,
vincula sic mixtis caute constringite ramis
ne diffusa ferat per frondes lumina Titan.
His igitur lucis Paphie, dum proelia Mavors
horrida, dum populos diro terrore fatigat, 65
ludebat teneris Bybli permixta puellis.
nunc varios cantu divum referebat amores
inque modum vocis nunc motus forte decentes

50 hic solum Paphiae, puto, lucus *scripsi* : hunsolumpafie . putolucrum A : hunc s- Paphie, puto, lucum *vulg.* (*Venerem lucum fecisse nihil indicat*) fecit (*i. e. idoneus fuit*)] legit *Baehrens, haud male* 51 cessas *scripsi* : cessit A : cessat *Burman* (*vulg.*) 52 *Fort. secludendus; nam Charites post Gratiam redundant. Ceterum in 53–58 pronomina* tu, tu, haec, tibi, tu *singula ad singulas Veneris famulas pertinent* (*cf. 88 sqq.*) licia *vulg. olim* 54 notis A 56 delibato *Klapp* : diligatum A : delibat eum *Baehrens* : *alii alia* odore *Wernsdorf* : -em A 57 at *scripsi* : ast A : ac *Wernsdorf* : et *Roncoroni* parilem *addidi* : flores *Riese* : florem *Zuccarelli* tenero *Wernsdorf* 58 tu ne *Klapp* : tunc A 60 luco *plerique* : -os A : lucis *Roncoroni* 63 serat *Wakefield* 65 horrida* *sine causa suspectum; vide Timpanaro* 65 duroš A

corpore laeta dabat, nunc miscens denique plantas
nunc alterna movens suspenso pollice crura, 70
molliter inflexo iam nitens poplite sidit;
saepe comam pulchro collectam flore ligabat,
ornans ambrosios divino pectine crines.
Dum ludos sic blanda Venus, dum gaudia miscet,
⟨et⟩ dum flet, quod sera venit sibi grata voluptas, 76
et dum suspenso solatia quaerit amori, 75
ecce furens post bella deus, post proelia victor 77
victus amore venit. cur gestas ferrea tela?
ne metuat Cypris, comptum decet ire rosetis.
a, quotiens Paphie vultum mentita furentis 80
lumine converso serum incusavit amantem! *p. 131*
verbera saepe dolens minitata est dulcia serto
aut, ut forte magis succenso Marte placeret,
amovit teneris suspendens oscula labris
nec totum effundens medio blanditur amore. 85
decidit aut posita est devi⟨n⟩ctis lancea palmis,
et, dum forte cadit, myrto retinente pependit.
ensem tolle, puer. galeam tu, Gratia, solve.
haec laxet nodos, haec ferrea vincula temptet.
solvite, Bybliades, praeduri pectora Martis 90

69 corpore *Burman* : -ra A nunc] *Malim* modo denique] *Cum cruce Riese* 71 iam (= *modo*) nitens *scripsi* : subn- A, *forma* (*pro* subnixa) *inusitata nec non constructione verborum renitente* sidet A 73 ambrosius A 74 miscit A 76 *ante* 75 *posuit*, et *add. Oudendorp* sero (*Burman*) veniat *Schrader* gratula A 78 redit *Burman* 80 pafiens . uultu A 82 minitata *Higtius* : mentita A 84 amovit *Wakker* : atmouet A : admovit *vulg. olim* 87 et *plerique* : ed A : sed *coni. Baehrens* 88 ense A 89 *post* 90 *transp. Baehrens, cui posteri dempto Zuccarelli adsensi sunt* tentet *Wernsdorf* : tēplet A : demat· *olim Riese* 90 bibliates A

loricaeque moras; vos scuta et tela tenete.
nunc violas tractare decet. laetare, Cupido!
terribilem divum tu solus numine vincis.
pro telis flores, pro scuto myrtea serta,
et rosa forte nocet, gladii quam iure tremescunt. 95
Iverat ad lectum Mavors, et pondere duro
floribus incumbens totum turbarat honorem;
ibat pulchra Venus vix presso pollice cauta,
florea ne teneras violarent spicula plantas,
et nunc innectens, ne rumpant oscula, crinem, 100
nunc vestes fluitante sinu vix laxa retentat,
cum nec tota latet nec totum nudat amorem.
ille inter flores furtivo lumine tectus
spectat hians Venerem totoque ardore tremescit.
incubuit lectis Paphie. pro saeve Cupido, 105
quam blandas voces, quae tunc ibi murmura fundunt!
oscula permixtis quae tunc fixere labellis!
quam bene consertis haeserunt artubus artus!
stringebat Paphie Mavortis pectora dextra, *p. 132*
et, collo innexam ne laedant pondera laevam, 110
lilia cum roseis supponit candida sertis.
saepe levi cruris tactu conmovit amantem

93 tu ... uincis *Burman* : tuo ... uictū A solus *scripsi* : solo *ex* solum A 94 flores] *Sc. tibi erant* 95 nocet] loco est *Baehrens* (*vulg.*) quam *scripsi* : quem A iure *Oudendorp* : iura A : bella *Baehrens* 97 turbabat *Wakker* 100 innectit *Roncoroni* 101 fluitante *Wernsdorf* : -are A sinu *sched.* : -ū A : sinens *Oudendorp* (*vulg.*) : sinit *Roncoroni* lassa *Baehrens* 102 totum nudat *Klapp* : totan- A : tota ren- *Oudendorp* amorem] *Cf. Stat. Silv. 3,5,105* 103 furti (*sched.*) velamina (-ne *sched.*) *Oudendorp* tectam *Baehrens* 104 spectans thians A totusque *Wakefield* 105 saeve *Burman* (*etiam* scaeve; *cf.* *49.52.176*) : sce̅ A : sancte *vulg.* 108 artib; A 109 Mavortis* *scripsi* : mauors tunc A pectora dextra *Oudendorp* : -re -rā A 112 leue A

in flammas, quas ipsa fovet. iam languida fessos
forte quies Martis tandem conpresserat artus;
non tamen omnis amor, non omnis pector⟨e⟩ cessit 115
flamma dei; trahit in medio suspiria somno
et Venerem totis pulmonibus ardor anhelat.
ipsa Venus †tunc tunc† calidis succensa venenis
uritur ardescens, nec somnia parta quieta.
* * * * * * * * * * * *
o quam blanda quies! o quam bene presserat artus 120
nudos forte sopor! niveis suffulta lacertis
colla nitent, pectus gemino quasi sidere turget.
non omnis resupina iacet, sed corpore flexo
molliter et laterum quo se confinia iungant
Martem respiciens deponit lumina somno. 125
†sed gratiosa decens. pro lucis† forte Cupido
Martis tela gerens; quae postquam singula ⟨sumpsit⟩,
loricam, clypeum, gladium, galeaeque minaces
cristas, flore ligat. tunc hastae pondera temptat
miraturque suis tantum licuisse sagittis. 130
Iam medium Phoebus radiis possederat orbem,

113 ipsa (*sc. in se*) fovet (f- *iam Oudendorp*) *scripsi* : diua mouet A 114 artus] arte A 118 tunc tunc] tamen hinc *Oudendorp* : *ego pro interpolatione habeo; fort.* rursus *post* uenus *exciderat* succensa *Burman* : suspe- A 119 parta *Oudendorp* : -te A : quiete *idem* *Post hunc versum unum sive plures Venerem aliquando obdormiisse narrantes excidisse puto* 120 o species quam blanda! *Baehrens, inutiliter* 121 nudos *Burman* : nudus A 122 fulget *Baehrens* 124 quo ... iungant *Baehrens* (*cf. c. 377, 2*) ut laterum sua se c- iungant *Maehly* *Post 124 plene dist. vulg., post 125 leviter* 126 *Temptavi* : somnia grata decent. prope ludit* (proludit *Oudendorp*) fortis A 127 gerens* *scripsi* : regens A : gerit *Riese* : regit *Roncoroni* sumpsit *add. Riese* : lustrat *Burman* 128 gladius A minacis *sched.* 129 *Post* cristas *plerique non distinguunt*

iam tumidus calidis spatium libraverat horis:
flammantes retinebat equos. pro conscia facti
invida lux! Veneris iam nunc produntur amores
lumine, Phoebe, tuo. capti stant indice tanto 135
Mars, Amor, et Paphie, ramisque inserta tremescunt
lumina, nec crimen possunt te teste negare.
v⟨i⟩derat effusis Gradivum Phoebus habenis *p. 133*
in gremio Paphiae spirantem incendia amoris.
o rerum male tuta fides! o gaudia et ipsis 140
vix secura deis! quis non, cum Cypris amaret,
praeside sub tanta tutum speraret amorem?
criminis exemplum si iam de numine habemus,
quid speret mortalis amor? quo vota ferenda?
quod numen poscat, quo sit securus, adulter? 145
Cypris amat, nec tuta tamen.
Conpressit habenas
Phoebus et ad lucos †tantum puto† lumina vertit
et sic pauca refert: 'nunc tela sparge, Cupido;
nunc, nunc, diva Venus, nati devicta sagittis
da⟨s⟩ mihi solamen: sub te securus amabo. 150

132 iam tumidus *scripsi* : iam tumidis A : iam mediis *Maehly* : dimidiis *coni. Riese* calidis *Oudendorp* : -dū A : -dus *Burman* spatiis *sched.* horas *Burman* (*haec inter se quibus modis permutaverint critici perscribere nolui*) 133 furti *Oudendorp* 135 capti stant *Burman* : s- c- A indice *idem* : iud- A 136 incerta *idem* 138 infusis A (*cf. 146*) 139 spirante A 142 tanta *scripsi* : -to A amorem *Burman* : amaret A : amare *Baehrens* 143 criminis] *Sc. deprehensi* 144 quo vota *Higtius* : quauoce A : qua vota *Riese, errore typ., ut vid.* 147 tantummodo *Oudendorp* (*edd. plerique*), *quod ad sensum attinet, inutiliter.* puto tantum *ex* (s)peculantia *fluxisse suspicor* 148 tela sparge *Higtius* : sparge tela A : *alii alia* (*anne* spargas t- ?) 149 nati devicta *Oudendorp* : natis diuūue A 150 das *idem* : da A amabo *scripsi* : amaui A

fabula, non crimen, nostri dicentur amores.'
haec ait et dictis Vulcanum instigat amaris:
'dic ubi sit Cytherea decens, secure marite.
te exspectat lacrimans, tibi castum servat amorem?
vel, si forte tuae Veneris fera crimina nescis, 156
quaere simul Martem, cui tu modo tela parasti.' 155
dixit et infuso radiabat lumine lucos 157
inque fidem sceleris totos demiserat ignes.
haeserat Ignipotens stupefactus crimine tanto.
iam quasi fervescens (vix sufficit ira dolori) 160
ore fremit, maestus modo ⟨con⟩gemit, ultima pulsans
ilia et indignans suspiria pressa fatigat.
antra furens Aetnaea petit. vix iusserat, omnes
incubuere manus, multum dolor addidit arti.
quam cito cuncta gerunt ars, numen, flamma, maritus! 165
[ira, dolor! nam vix causam tunc forte iubendo *p. 134*
dixerat, et vindex coniunx iam vincla ferebat.]
Pervenit ad lucos, non ipsi visus Amori,
non Chariti: totas arti mandaverat iras.
vincula tunc manibus suspenso molliter ictu 170
inligat et †teneris† conectit brachia palmis.
excutitur somno Mavors et pulchra Cythere.
posset Gradivus validos disrumpere nexus,
sed retinebat amor, Veneris ne brachia laedat.
tunc tu sub galea, tunc inter tela latebas, 175

154 spectat A 156 *ante 155 transp. Wakker* 157 lucos *Maehly* : lucus A : lucum *Wakefield* 160 fervescens* *scripsi* : turpes- A : torpes- *vulg.* 161 mestu *ex* -tus A : -toque *Burman* : *anne* -tum*?* modo] dolum *Maehly* congemit *scripsi* : g- A intima *coni. Riese* 166–167 *seclusi. Flaccet enim illud* ira, dolor *et fatuum est* tunc forte*; neque deum Cyclopibus vel apud Cyclopes causam dicere oportuit* 166 causa A 168 ipsis uisos A 170 suspenso *ex* -sus A icto A 171 teneris] *Corruptum credo. Anne* iunctis*?* 174 ledant A 175 latebas *Riese* : iace- A

saeve Cupido, timens. stat Mavors lumine torvo
atque indignatur quod sit deprensus adulter.
at Paphie conperta dolet non crimina facti,
sed quae sit vindicta sibi dum singula volvens
cogitat, hanc poenam sentit, si Phoebus amaret. 180
iamque dolo⟨s⟩ properans decorabat cornua tauri,
Passiphaae crimen mixtique cupidinis iram.

248

FLAVII FELICIS

viri clarissimi

R. 254
B. IV 356

Postulatio honoris aput Victorinianum virum inlustrem et primiscriniarium

Aspera cum quaterent humanas proelia gentes
  aut raperet vastum nigra procella fretum,
cum dubiis fortuna †suis† penderet habenis
  torqueretque vagus stolida corda metus,
anxia Phoebeis sanabant pectora templis 5
  et sacro⟨s⟩ tripodas nosse salubre fuit. *p. 135*

176 stat *Burman* : stans A   178 conperta *scripsi* : conuersa A : confessa *Higtius*   179 dum] tum *Boissonade*   180 hanc *Riese* : et A   sancit *Baehrens*   181 dolos *Burman* : dolo A   properans *idem* : prępar- A : repar- *Baehrens*   iram *non intellego. Anne* horam?

248. *Tituli in fine* sunt ūr XXXII (*'h. e. sylloga hic incipiens constat 32 carminibus c. 254–285'* (= *248–279*) *Riese*)   1 cum ... gentes *L. Mueller* : dum ... mentes A   3 suis (*prior* s *supra lin.*) A : levis *coni. Riese* : ruens *coni. Baehrens*   4 stolida (*sc. verae religionis nescia*) A : torpida *L. Mueller*

nunc etiam saevis agitat quos cura periclis
atque inopi vexat dura labore fames,
altera Parnasi currunt ad numina montis
Castalioque lacu viscera maesta fovent. 10
te nudi tristesque rogant, tibi flebile plangit
auxilium poscens paupera turba tuum.
tu mihi numen eris, Phoebeo munere plenus
qui potes infirmos morte levare manu,
quaeque meos domus est proavos miserata patremque 15
haec eadem natis praemia nota ferat.
erige languentem, morbos depelle meroris
et miserum melior factus Apollo iuva.
non ego litigeros cupio cognoscere fasces,
nec mihi reddantur iura superba precor; 20
triste forum nolo, vexant quod proelia pacis
fraternisque odiis alea caeca subit;
conflictus audire piget rixasque togarum,
quas inter fictus concrepat ore furor,
iustitiam calcat seductus foenere praedae 25
et, quas defendit, partibus arma parat.
nec mihi qui pereant ulli poscuntur honores
aut avidus pompae maxima lucra peto.
sit mihi fas audire sacros et cernere cultus,
ecclesiae spectans dona venire mea. 30
sic tibi Phoenicis transcendere congruat annos
incolumique aevum coniuge laetus agas,

8 labores A 10 fouent *sched.* : foebunt A 13 munere *Burman* : numenere A 14 infirmos *idem* : informes A labare A 15–16 *post 17–18 transp. Riese* 17 meroris *ex* -ores A 21 versat *Baehrens* praelia *Riese* : prẹmia A 22 alea (*sc. litium*)] area *Baehrens* 25 seductos A 26 defendat *coni. Riese, sed praevaricatores hic destringuntur* partibus] *I.e. contra partes* 28 lucra *ad honores pompamque quid pertinent? vide tamen c. 299, 7* 30* *corruptum putavit Baehrens*

sic thalamis prolem socies videasque nepotes
  pendentes gremio ludere semper avi,
inclita sic celsi provectus fata parentis *p. 136* 35
  exsuperes meritis saeclaque longa geras,
sic priscos vincas atavos clarosque parentes
  et placido regi nuntius orsa feras:
adnue poscenti, miserum sustolle ruinae,
  clericus ut fiam; dum velis ipse, potes.

249

R. 255
B. IV 185

Thema Vergilianum
'Nec tibi diva parens'

Dedecus o iuvenum turpisque infamia Teucrum,
†qui signis per bella fores gens perfida et amens
non virtute potens non belli† maximus auctor,
ignavus tu semper eris semperque fuisti,
naufragus atque miser segnisque in proelia ductor. 5
nec nunc est aliud quod maius crimen obibis.
namque tuo generi quia semper proximus extas
non equidem miror. non est ex tempore natum;
antiquos imitaris avos, periuria patrum.

34 pendentes *L. Mueller* : prundentis A : prudentis *vulg. olim* 35 praevectus *Baehrens* (*Riese*) 39 ruinae *Burman* : -as A : -a *L. Mueller* 39–40 *Post* ruinae *plenius, post* fiam *levius dist. vulg.*

249. *Cf. Aen.* 4, 365 *sqq.* 2–3* *Haec certe corruptissima ita reficta volui* : cui segnis per bella manus, mens perfida : fraude, / non virtute, potens, metuendi maximus auctor 2 segnis *vulḡ.* fores] iaces *Baehrens* : lates *Riese* mens *Oudendorp* 5 signisq; A 6 nunc* *scripsi* : non A 7 namque *scripsi* : ia- A quod *sched.* proximus* *scripsi* : perfidus A

nec †non aut† Veneris pulchrae de stirpe crearis 10
nec pater Anchises vestrae ⟨est⟩ aut Dardanus auctor
gentis, sed durae tigres lapidesque sinistri
te genuere virum, silvae montesque profani,
ubera ⟨quae⟩que tibi [et] potum admovere malignum,
haec tibi perfidiam mixto cum lacte dederunt. 15

250

R. 256
B. IV 156

VERGILI

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:
divisum imperium cum Iove, Caesar, habes.

10 non aut] non et *sched.* : non haut *Riese* : fama ut *Baehrens* pulcrae *Baehrens* : -ra A : *anne* sacra? 11 vestrae est aut *Riese* : -req; aut A : -aeque est *Baehrens* : *fort.* aut vestrae 12 durae] darēt A 14 quaeque *Burman* : que A et *seclusi* 15 haec *scripsi* : quę A perfidia A mixtam *Baehrens* dederant A

250. *Cc. 250–258 habent etiam* BV (*demptis 252. 256. 258*) *et* C, *nonnulla* L *et codd. Vergiliani alii aliquot Donatique vita* Vergilii V : Ipsius (*sc. Vergilii*) ad Augustum C; *nugatoriam cod. Petropolitani inscriptionem apud edd. requiras* 1 spectacula mane VCL, *alii* : at (ad AB) mane (me B) serena AB (*edd.*), *certe minus argute* 2 diuisum ... habes (-et V) VC, *alii, Cassiod. De orthogr. c. 3* (*hoc quoque melius*) : communem (cūmu- A) ... agis AB : commune ... habes L : -ne ... agis *edd.*

251

R. 257
B. ibid.

EIUSDEM

Hos ego versiculos feci, tulit alter honorem.
sic vos non vobis mellificatis apes.

252

R. 258
B. IV 157

EIUSDEM

Pars tibi, Nise, datur Bacchi, pars deinde negatur: *p. 137*
esse potes liber, non potes esse pater.

253

R. 259
B. ibid.

EIUSDEM

Arretine calix, mensis decor ante paternis,
ante manus medici quam bene sanus eras!

251. Item eiusdem C : *om.* V 2 *adfert Aldhelmus, De metr. 133. Post hunc versum* sic uos non uobis uellera fertis oues *add.* CL, *quam variationem exhibent etiam alii quidam et 'Donati' vita vulgata hasque insuper duas* : sic uos non uobis nidificatis aues *et* sic uos non uobis fertis aratra boues

252. Versus Virgilii C

253. 1 Arretine *Scaliger* : abietine *vel sim. codd.* decor ante *idem* : -rate *codd.*

254

R. 260
B. ibid.

EIUSDEM

Humor alit segetem; segeti contrarius humor.
quod iuvat, ⟨et⟩ dulce est; quod cogitur, altera mors est.

255

R. 261
B. ibid.

EIUSDEM

Monte sub hoc lapidum premitur Ballista sepultus.
nocte die tutum carpe, viator, iter.

256

R. 262
B. ibid.

EIUSDEM

Si, quotiens peccant homines, sua fulmina mittat — *Ov. Trist. 2,33 sq.*
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

254. Item eiusdem C : *om. V* 1 ale (t *supra* e *scr.*) A 2 et *add. Baehrens* : hoc A *m. rec.* (*vulg.*) est dulce C

255. Disticon uirgilii factū in basilitas (s *supra* i *alt. scr.*) latrones C : Epitafion ballistae latronis *L et fere Sangallensis 899* (*saec. IX*) 1 tegitur CL, *Donatus* ballista A : ualli- B : bali- VCL, *Donatus* 2 carpet A : -ere V

256. Eiusdem C : *om.* A 1 homines peccant A

257

R. 263
B. IV 158

EIUSDEM

Dum dubitat natura, marem faceretne puellam,
natus es, o pulcher, paene puella, puer.

258

SEXTI PROPERTI

R. 264
B. IV 358

De Vergilio

Cedite Romani scriptores, cedite Grai: *Prop. 3, 32, 65 sq.*
nescio quid maius nascitur Iliade.

259

PENTADI

R. 265
B. ibid.

⟨De Narcisso⟩

Cui pater amnis erat, fontes puer ille colebat
laudabatque undas, cui pater amnis erat.
se puer ipse videt, patrem dum quaerit in amne,
perspicuoque lacu se puer ipse videt.
quod Dryas igne calet, puer hunc inridet amorem 5
nec putat esse decus, quod Dryas igne calet.

257. *Habet etiam* W Item C : Versus Virgilii V : Vergilii W

258. ꝓpertii C uirgilio AC

259. *Habent etiam* BV *Titulum add. edd. vett.* 1 erat *om.* A 3 ānē AV 6 ne A

stat, stupet, haeret, amat, rogat, innuit, aspicit, ardet,
blanditur, queritur, stat, stupet, haeret, amat.
quodque amat ipse facit vultu, prece, lumine, fletu;
oscula dat fonti, quodque amat ipse facit. *p. 138* 10

260

R. 266
B. ibid.

EIUSDEM

⟨Aliter⟩

Hic est ille suis nimium qui credidit undis,
Narcissus, vero dignus amore puer.
cerne sub inriguo repetentem gramine ripas,
ut per quas periit crescere possit aquas.

261

R. 267
B. ibid.

EIUSDEM

Chrysocome gladium fugiens ⟨s⟩tringente marito
texit adulterium iudice casta reo.

7 at picit A 10 dans *coni. Baehrens* quoque A, B *m. 1*

260. *Habent etiam* BVW Aliter *add. Riese* : Pintadi de narcisso flore W : Item, de eodem *Burman* hic] *Sc. flos* credidit W : -itur ABV umbris *Baehrens, coll. c. 134, 2* 3 cerne sub *scripsi* (ecce sub *coni. Baehrens*) : -nis ab *codd.* ripas A : -am BVW 4 cernere *coni. Baehrens* possit AW : poscit B : posset V

261. 1 crisoconte A trigente A 2 reo (eo *in ras.* A)] *I. e., ut vid., moecho, qui iudex in causa fuit*

262

R. 268
B. IV 359

EIUSDEM

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis;
namque est feminea tutior unda fide.
femina nulla bona ⟨est⟩, vel si bona contigit una,
nescio quo fato res mala facta bona.

263

OVIDI

R. 269
B. –

De aetate *Ovid. A. Am. 3,65 sq. et 73 sq.*

Utendum est aetate; cito pede labitur aetas
nec bona tam sequitur quam bona prima fuit.
heu me nunc miserum! laxantur corpora rugis
et perit in nitido qui fuit ore color.

262. *Habent etiam* BVWC, *nec non alii aliquot qui in titulis Ciceroni attribuunt* 3–4 *novum epigramma fecit Bourdelot, fort. recte* 3 est *add. Sannazarius* una ABVW : ulla *cett.* 4 fato ... bona est WC (*vulg.*) : fato est ... bona *Baehrens*

263. ouidi de aetate AB : Ouidius de sc̄da etate C 3 quam cito me miserum *Ovidius*

264

R. 270
B. IV 359

REGIANI

Quis deus has incendit aquas? quis fontibus ignes
miscuit et madidas fecit discurrere flammas?
in regnis, Neptune, tuis Vulcanus anhelat.

265

R. 271
B. ibid.

EIUSDEM

Ante bonam Venerem gelidae per litora Baiae.
illa natare lacus cum lampade iussit Amorem.
dum natat, algentes cecidit scintilla per undas.
hinc vapor ussit aquas. quicumque natavit, amavit.

266

R. 272
B. ibid.

EIUSDEM

Bellipotens Mavors, Veneris gratissime furto, *p. 139*
hic securus ama. locus hic amplexibus aptus:
Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbra.

264. 2 discurrere *sched.* : dec- A (*Riese*)

265. *Habet etiam* V *cum titulo* Regiani 1 gelidae, mala litora, Baiae* *conieci* 2 lacu *Salm.* 4 hinc A (*errant edd.*)

266. 1 ueneri *A corr.* furto *L. Mueller* : -tū A 2 ama securus (*ex* -ra is) A 3 *Cf. c. 193, 2* proibitur A

267

R. 273
B. IV 360

MODESTINI

Forte iacebat Amor victus puer alite somno
myrti inter frutices pullanti ruris in herba.
hunc procul emissae tenebrosa Ditis ab aula
circuerunt animae, saeva face quas cruciarat.
'ecce meus venator!' ait 'hunc' Phaedra 'ligemus!' 5
'crudelis crinem' clamabat Scylla 'metamus!'
Colchis et orba Progne 'numerosa caede necemus!'
Dido et Canace, 'saevo gladio perimamus!'
Myrrha 'meis ramis!', Euhadne 'igne crememus!'
'hunc' Arethusa 'in aquis', Byblis 'in fonte necemus!' 10
Ast Amor evigilans dixit: 'mea pinna, volemus!'

268

R. 274
B. ibid.

PONNANI

Picta fuit quondam Pharii regina Canopi
artifici formata manu. nam vivere serpens

267. *Habet etiam* B *titulo et primo versu omissis* 1 alite *sched.* : aside A 2 pullanti *Petschenig* : pallentis A ruris *coni. Baehrens* : roris A 7 numerosa caede] *I. e.* ποικίλῳ θανάτῳ (*cf. Lucian. Pisc.* 2). *Medea certe plus unam caedem patraverat, Procne non item; an quia dulciter canit?* numerosa caede : 'necemus!' *Riese, male* 8 Dido ait et *Oudendorp* 9 ramis] *Sc. perimamus* euhadnes A : eucha dnē B : Euadneque *Baehrens* 10 in aquis *sched.* : inquit A : inquid B biblis B : blibis A : Biblisque *Oudendorp*

268. 2 artifici *Salm.* : -cis A. *Vix pertinent verba Dracontii Laud. Dei 1, 604* artificis formata manu, *a Riese sic citata* (*Dracon-*

creditur et morsu gaudens dare fata papillae.
o quam vivit opus, quam paene figura dolorem
sentit et ex ipso moritur pictura veneno! 5

269

R. 275
B. –

MARTIALIS

Qualem, Flacce, velim quaeris nolimve puellam: *Mart. 1, 57*
nolo nimis facilem difficilemque nimis.
illud quod medium est atque inter utrumque probatur;
nec volo quod satiet nec volo quod cruciet.

270

R. 276
B. IV 117

EIUSDEM

Nec volo me summis Fortuna neque adplicet imis,
sed medium vitae temperet illa gradum.
invidia excelsos, inopes iniuria vexat: *p. 140*
quam felix vivit quisquis utraque caret!

tius enim formante *scripsit*); *conferenda potius exempla in ThLL* (*II 702, 3*) *collecta* sugere *Oudendorp*, παρ' ἱστορίαν, *ut puto; ceterum* vivere *et* dare fata *invicem inter se respondere videntur* 3 morsa *Salm.* : -sae *Oudendorp* papillae *idem* : -lla A

269. *Habet etiam* C 1 qualem C, *Mart.* : quam A 3 probamus *codd. Mart. plerique* 4 quod cruciat ... quod satiat *Mart.*

270. *Habent etiam* CL eiusdem A : Item Marcialis C : De mediocritate uitae L (*apud Martialem hi versus non inveniuntur*) 1 nec A : non CL 4 utraque *Lessing* : utroque *codd.*

271

R. 277
B. IV 360

TUCCIANI

Cantica gignit amor et amorem cantica gignunt.
cantandum est ut ametur et ut cantetur amandum.

272

R. 278
B. IV 361

EIUSDEM

Pallas tota Iovis patrio de vertice nata
in caelum cecidit * * * * * *

273

VINCENTI

R. 279
B. ibid.

⟨Phaedra⟩

Victe pudor, conpone preces. secreta duorum
tertius ignoret; sit tantum littera testis
inmensum locutura nefas. metus unicus urget,
ne speret iuvenis lacrimas finxisse novercam.
hinc tamen incipiam. caeli regnator amavit, 5
et thalamos tenet una soror; nec crimine dignum est

271. *Habet etiam* C tucciani A : Lucanus C 1 *ante* et *erasum* ē A 2 cantetur amandum *om.* C

272. *Lacunam non indicat* A

273. 3 locŭtura] *Cf. 13 et 20* 6 una] ipsa *coni. Riese. Sic intellego: ex multis quos amavit unam sororem coniugem habet*

quod mundus cum rege facit. Telluris alumnus
unus in orbe fuit: nulla est cognatio prolis?
venimus ex uno mixti patre, matre sorore.
ne metuas facinus! non vult hoc scire Cupido. 10
pignus habes tabulas: rea sum prior et rea sola.
sed si virgineum suffundunt ora ruborem,
vel negature veni. liceat spectare negantem
et fastus tolerare tuos. sequar ore superbum,
oscula suspensis defigam singula plantis. 15
me cruciet ⟨de⟩ceptus amor, nemus omne resultet
Hippolytum secumque ferat vox ultima nomen.
Testor amoris onus Venerisque insignia nostrae:
dum volo, dum nolo, dum vincor, scribo, repugno,
suspensos collo laqueo⟨s⟩ rogatura resolvi. *p. 141* 20

7 rege *L. Mueller* : lege A Telluris alumnus] *Sc. Deucalion, fort. cum primo homine a Prometheo e terra ficto confusus* 8 nulla] multa *L. Mueller* prolis *scripsi* : plebis A 9 matre sorore] *I. e. ex una matre, quae Deucalionis erat et uxor et soror* (= *soror patruelis; cf. Ov. Met. 1, 351* o soror, o coniunx)] matre, sorore *vulg.* 10 'non ... Cupido' *edd., qua de causa non video** 11 rea sum prior et *scripsi* : reasumsempet A : rea sum semper *vulg.* (*illud* semper *quid sibi velit quaere*) : semper rea sum et *L. Mueller* : rea sum nempe et *Baehrens* 13 spectare negantem *L. Mueller* : sperare rog- A 14 ore superbum *scripsi* : ora supbi A 15 oscula suspensis] *Cf. Prop. 1, 20, 27* 16 deceptus *scripsi* (*cf. Virg. Ecl. 8, 18; Claud. Eutr. 1, 101*) : captiuus A 20 suspensus A rogatura] nexura *Oudendorp* (*hoc significat Phaedra, vitam, nisi rogare decrevisset, se finituram fuisse*)

274

BONOSI

R. 280
B. IV 362

Unde supra

Incestum si promiseris, peti⟨vi⟩;
si negaveris, tu petisti.

275

R. 281
B. ibid.

De funambulo

Vidi hominem pendere cum via,
cui latior erat planta quam semita.

276

R. 282
B. ibid.

De ursa aënea, in qua serpens fuit,
ubi inscius puer manum misit.

Aere cavo falsam serpens inpleverat ursam,
addidit et morsum et iubet esse feram.
* * * * * * * * * * * *
inplevit serpens quod minus artis erat.

274. *'Numeri pedesve nulli sunt' Riese. Suspicor aliquid fuisse huiusmodi:* Incestum si promiseris, / ego peti⟨vi⟩; / ⟨incestum⟩ si negaveris, / tu petisti 1 petivi *scripsi* : peti A : petii *sched.*

275. *'Enigma vulgare', qualia ex cod. Sangall. 196 protulit Schenkl, Sitzungsber. Acad. Wien 1863, p. 18* (*vide Riese*)

276. 1 factam *coni. Riese, cui Mart. 3, 19 in mentem non venerat* 3 cumque puer dextram committeret inscius ursae (*melius* ori) *suppl. Burman* 4 munus *coni. Riese; at vitam dedit serpens, quam fictor dare non potuit*

277

R. 283
B. ibid.

De pectine

Crinibus ambrosiis Veneris decus additur, ut se
frustra iactarent Pallas vel pronuba Iuno.
* * * * * * * * * * * *

278

R. 284
B. IV 363

De ancla

Fundit et ⟨h⟩aurit aquas, pendentes evomit undas,
et fluvium vomitura bibit, mirabile factum!
portat aquas, portatur aquis. sic unda per undas
volvitur et veteres haurit nova machina lymphas.

279

R. 285
B. ibid.

De conviviis barbaris

Inter 'eils' Goticum 'scapia matzia ia drincan'
non audet quisquam dignos edicere versus.

277. 1 additur ut *scripsi* : addidū A : addidit ut *Burman* 2 frustra *Baehrens* : pulcras A

. 278. antlia *Salm.* (*vide Traube, Philol. 54* (*1895*), *134*) 1 fundit *sched.* : pen- A : reddit *Iuretus*

279. 1 *'Massmannus in Hauptii annal. german. I, p. 379 sqq.* eils *salutem,* skapja *procuratorem peni vel* skap *"procura, praebe",* jah matjan jah drigkan *"et cibum et potum" interpretatur' Riese* 2 audit A educere *sched.* : *anne* ded- ? uersos A

R. 285 a
B. IV ibid.

280

Calliope madido trepidat se iungere Baccho,
ne pedibus non stet ebria Musa suis.

281

SYMPHOSII
scholastici
AENIGMATA

R. 286
B. IV 365–385

Praefatio

[Haec quoque Symphosius de carmine lusit inepto.
sic tu, Sexte, doces: sic te deliro magistro].
Annua Saturni cum tempora festa redirent
perpetuo †nec semper† sollemnia ludo,
post epulas laetas, post dulcia pocula mensae, 5
deliras inter vetulas puerosque loquaces,
cum streperet late madidae facundia linguae, *p. 142*
tum verbosa cohors studio sermonis inepti

280. *Separavit L. Mueller* 2 sobria *idem* : deb- *Peiper*

281. *De codd. vide praef. p. VIII sq. Scripturam continuam in* A *hic non curavi* enigmata symfosi scolastici A *post v. 17* : *titulos alios alii praebent codd., vocabulum* scholastici *solus* A 1–2 *om.* Aβ, *reiciunt edd. plerique* 3 cum *Schenkl* : dum *codd.* rederent A : fremebant *Baehrens* 4 nec semp A : semper nobis *cett.* (*'e mala coniectura' Baehrens*) : vacuis semper *Baehrens* 5 dulcia pocula A : p- d- *cett.* 7 latea . madideuide (*'i. e.* madidae *et* avidae' *Riese: mihi* uide *ex dittographia potius coortum videtur*) A 8 inepto A

nescio quas passim magno †de nomine† nugas
est meditata diu sed frivola multa locuta est. 10
non mediocre fuit, magni certaminis instar,
ponere diverse vel solvere quaeque vicissim.
ast ego, ne solus foede tacuisse viderer,
qui nihil adtuleram mecum quod dicere possem,
hos versus feci subito †e carmine vocis†. 15
insanos inter sanum non esse necesse est.
da veniam, lector, quod non sapit ebria Musa.

I Graphium

De summo planus sed non ego planus in imo
versor utrimque manu. diverso munere fungor:
altera pars revocat quidquid pars altera fecit. 20

II Harundo

Dulcis amica dei, semper vicina profundis,
suave canens Musis, nigro perfusa colore
nuntia sum linguae digitis signata magistris.

9 de nomine] conamine *Buenemann* : molimine *Baehrens, uterque bene* 10 meditata diu; sed *vulg.* : -tata; diu sic *Heumann* : *fort.* -tata diu, dein 12 diuerse d : -sae (ę) *cett.* 14 adtulerim dα possim *codd.* (-sum α *m. 1*) 15 ieci *L. Mueller* e A : de *cett.* e conamine *Baehrens* : tentamine *Unger*

I grafius A (*tituli plerumque ex* A *solo referentur*) 19 diuersa d et munere (-ra d) dα 20 facit A

II *Exstat hoc aenigma in Hist. Apollonii regis Tyri (ed. Riese 1893) 42 cuius recensio melior hic cum* B (β) *fere congruit* 21 dei, semper vicina *edd. plerique* : ripae s- u- Aβ : de (dei d) ripae uicina D profundis Aβ : -dae D 22 canis Ad : cano *Baehrens* 23 stipata *Heumann* magistris Ads : -ri *cett.*

III Anulus cum gemma

Corporis extremi non parvum pondus adhaesi
(ingenitum dicas, ita pondere nemo gravatur), 25
una tamen facies plures habitura figuras.

IIII Clavis

Virtutes magnas de viribus adfero parvis.
pando domos clausas, iterum sed claudo patentes.
servo domum domino sed rursus servor ab ipso. *p. 143*

V Catena

Nexa ligor ferro, multos habitura ligatos. 30
vincior ipsa prius, sed vincio vincta vicissim;
et solvi multos, nec sum tamen ipsa soluta.

III 24 corporis extremi digito . ñ magno pondus adhesi corporeo digito extremo . non pondus inhęsi A (inhaesi *etiam* B) parvum* *scripsi* (*cf. c. 407, 8*) : magnum (-no A) *codd.* 25 *in parenthesi posui** ita ... grauatur (-tus B) BD : grauatū (-tus s : oneratum *Baehrens*) pondere tali As 26 habet ore *Riese*

IIII 27 de uiribus D : deuirib; . diuitib; A : diuitib; B adfero (aff-) βD : adoff- A parua B 28 recludo d

V 30 legatos A 32 et solvi *Perionius* : sed (set βa) s- *codd. paene omnes* : exs- L

VI Tegula

Terra mihi corpus, vires mihi praestitit ignis.
de terra nascor; sedes est semper in alto,
et me perfundit, qui me cito deserit, umor. 35

VII Fumus

Sunt mihi, sunt lacrimae, sed non est causa doloris.
est iter ad caelum, sed me gravis inpedit aër;
et qui me genuit sine me non nascitur ipse.

VIII Nebula

Nox ego sum facie, sed non sum nigra colore,
inque die media tenebras tamen adfero mecum; 40
nec mihi dant stellae lumen nec Cynthia nocte.

VIIII Pluvia

Ex alto venio longa delapsa ruina.
de caelo cecidi medias demissa per auras;
sed sinus excepit qui se simul ipse recepit.

VI 34 *Ita* As *paucique alii* : est domus in alto sedes est semper in imo (alto F) βd, *et fere rell.* 35 *Ita* D : et ego perfundor (praef- s). sed me AsB

VIII 41 lumen AB : lucem D nocte* *scripsi* : lucem AB : lumen D

VIIII 42 veni *Schenkl* (*cf. 257.266*) 43 demissa* s : dimissa (-as) AB : transm- D 44 et sinu excipit (exc- *etiam* s) A se *scripsi* : me *codd.* recipit Asd

X Glacies

Unda fui quondam, quod me cito credo futuram. 45
nunc rigidi caeli duris connexa catenis
et calcata pati possum nec nuda teneri.

XI Nix

Pulvis aquae tenuis modico cum pondere lapsus,
sole madens, aestate fluens, in frigore siccus,
flumina facturus totas prius occupo terras. 50

XII Flumen et piscis

p. 144

Est domus in terris clara quae voce resultat.
ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes.
ambo tamen currunt hospes simul et domus una.

XIII Navis

Longa feror velox formosae filia silvae,
innumeris pariter comitum stipata catervis. 55
curro vias multas, vestigia nulla relinquens.

X 46 frigidi A 47 et *Baehrens* : nec *codd.* (uel s)

XI *Post XII ponunt* dα 48 con ponere β

XII 51 q; uocis A *Exstat hoc quoque in Hist. Apoll. 42, ubi in 53* currunt in domo una

XIII *Hoc quoque ibid.* 55 innumeris (-ras A) ... stipata cateruis AD : -ra ... stipante caterua B *et Hist. Apoll., nisi quod* stipata

XIIII Pullus in ovo

Mira tibi referam nostrae primordia vitae:
nondum natus eram, nec eram iam matris in alvo;
iam posito partu natum me nemo videbat.

XV Vipera

Non possum nasci, si non occidero matrem. 60
occidi matrem, sed me manet exitus idem.
id mea mors patitur quod iam mea fecit origo.

XVI Tinea

Littera me pavit, nec quid sit littera novi.
in libris vixi, nec sum studiosior inde.
exedi Musas, nec adhuc tamen ipsa profeci. 65

XIIII 58 nondū natus fueram. nec fuerā matris dānatus (*num ex* matris iam matris *coortum?*) in aluo A : (nondum natus e)ram fueram damnatu(s) in a- s iam matris GHI : matris βα : tunc m- L : genetricis d

XV 62 quod mea iā A : mea q- iam *vel* mea iam q- *Baehrens*

XVI 63 nec] ne AF

XVII Aranea

Pallas me docuit texendi nosse laborem.
nec telae radios poscunt nec licia telam.
nulla mihi manus est, pedibus tamen omnia fiunt.

XVIII Coclea

Porto domum mecum, semper migrare parata,
mutatoque solo non sum miserabilis exul, 70
sed †mihi concilium† de caelo nascitur ipso.

XVIIII Rana

Rauca sonans ego sum media vocalis in unda, *p. 145*
sed vox laude vacat, nisi se quoque laudet et ipsa,
cumque canam semper, nullus mea carmina gaudet.

XVII araneus A 67 telae (*sc. araneae*) B : tela A : pepli D, *Aldhelmus* : telam *Baehrens* radio A : radii *idem* telam *scripsi* (*cf. Virg. Georg. 1,285* licia telae / addere, *Tib. 1,6,79* adnectit licia telis) : tel(a)e *codd.* : tela s

XVIII 69 migrare] marina permirare A 71 consilium s : conchil- L : conchyl- *Castalio* sed genitale solum* *conieci*

XVIIII 72 rauca sonans (sun- A) AB : raucae s- s : raucis- D 73 vacat *Hasaeus* : sonat *codd.* nisi* *scripsi* : quasi *codd.* 74 gaudet *Baehrens* : laudat *codd.* nullus ... laudat *adfert auctor de dubiis nominibus* (*Gramm. Lat. Keil V, p. 577*)

XX Testudo

Tarda, gradu lento, specioso praedita dorso, 75
tecta quidem, subito sed saevo prodita fato,
viva nihil dixi quae sic modo mortua canto.

XXI Talpa

Caeca mihi facies atris obscura tenebris.
nox est ipsa dies nec sol mihi cernitur ullus.
malo tegi terra: sic me quoque nemo videbit. 80

XXII Formica

Provida sum vitae, duro non pigra labore,
ipsa ferens umeris securae praemia brumae.
nec gero magna simul, sed congero multa vicissim.

XXIII Musca

Inproba sum, fateor. quid enim gula turpe veretur?
frigora vitabam, quae nunc aestate revertor; 85
sed cito submoveor falso conterrita vento.

XX 75 spatioso *Heumann* 76 tecta quidem, subito *scripsi* : docta q- studio *codd.* saeuo (seua d) D : duro B : seuo duro A praedita GH, I *ex corr.* : perd- *Heumann*

XXI 79 non est αD ipsa A (*sic*) BH : ipse D 80 terra *om.* A uidebat βα

XXII 81 labore AI : -ri BD 82 (h)umeris BD : -ris.uel A pro duro mense brumali B 83 multa BD, *Aldhelmus* : m- cuncta A : cuncta *Baehrens*

XXIII 84 gylla A (*cf. ad c. 171, 6*) 85 reuertar d 86 submoueor A : -ear D : commoueor B

XXIIII Curculio

Non bonus agricolis, non frugibus utilis hospes,
non magnus forma, non certo nomine dictus,
nec gratus Cereri; sed multa vivo sagina.

XXV Mus

Parva mihi domus est, sed ianua semper aperta. 90
exiguo sumptu furtiva vivo sagina.
quod mihi nomen inest, Romae quoque consul habebat.

XXVI Grus

Littera sum caeli penna perscripta volanti,
bella cruenta gerens volucri discrimine Martis; *p. 146*
nec vereor pugnas, dum non sit longior hostis. 95

XXIIII Gurgulio βαGI 87 non frugibus *vulg.* : fr- A : fr- non BD : nec fr- *Perionius* 88 nec ... nec (*sed* non recto β) AB certo* *Basuelus* : recto *codd.* 89 nec B : ne A : non D sed ... sagina AB : non parvam sumo saginam D, *Aldhelmus*

XXV 90 parum A est *om.* A 91 sagina (*num ex 89? Sed cf. vv. 94 et 100 et vv. 228 et 231*)] rapina *Baehrens* 92 romae BGI : troi(a)e AD

XXVI gruis Ad : Crus β 93 pinnas A uolanti *Heumann* (-te *Bochart*) : -tis *codd.* 94 uol . ocris A discrimina B 95 longius A : -gulus* *conieci*

XXVII Cornix

Vivo novem vitas, si me non Graecia fallit,
atraque sum semper nullo conpulsa dolore,
et non irascens ultro convicia dico.

XXVIII Vespertilio

Nox mihi dat nomen primo de tempore noctis.
pluma mihi non est, cum sit mihi penna volantis; 100
sed redeo in tenebris nec me committo diebus.

XXVIIII Ericius

Plena domus spinis; parvi sed corporis hospes
incolumi dorso telis confixus acutis
sustinet armatas segetes, habitator inermis.

XXVII 97 utraque (*corr. Castalio*) sum semper D : nomen habens atrum B : nomen habens atrum. utraq; sum semp A complexa βI

XXVIII 100 dum sint mihi pinnę A 101 sedeo GI : resto *Baehrens* in *fort. delendum* (*cf. ad 190*) nec] non β me in tebris (*ex* terris*?*) . nec (meco *supra scr.*) mitto bies A

XXVIIII 103 confixus AB : conplectus d : completur α : -etus *Castalio* 104 segetes (*cf. Verg. Aen. 3, 45 sq.*)] sedes Ad (*edd.!*)

XXX Peduculus

Est nova nostrarum cunctis captura ferarum, 105
ut si quid capias, id tu tibi ferre recuses,
et quod non capias, tecum tamen ipse reportes.

XXXI Phoenix

Vita mihi mors est; morior si coepero nasci.
sed prius est fatum leti quam lucis origo.
sic solus Manes ipsos mihi dico parentes. 110

XXXII Taurus

Moechus eram regis, sed lignea membra sequebar.
et Cilicum mons non uno sum nomine solo.
et vehor in caelis et in ipsis ambulo terris.

XXX de peduculus A : Peducla B 105 nostrarum (*i.e. quae corpora nostra habitant*)] notarum *Heumann* captiua A 106 id *Pithoeus* : sed AD : set β tu tibi] ubi (ti *supra* u *scr.*) A : *anne* tecum*?* 107 quod *om.* A capies d

XXXI 110 solus β *m. 1*, d : solos *cett.* duco *Pithoeus*

XXXII 112 non uno sum *scripsi* (*cf. Plin. N. H. 5, 98* numerosis nominibus ... insignis) : sum sed non sum GI : sum sunt. non sum β *m. 1* : sum sed mons sum *cett.* 113 caelo sed dα : -lum sed β

XXXIII Lupus

Dentibus insanis ego sum qui trunco bidentes,
sanguineas praedas quaerens victusque cruentos *p. 147* 115
multa cum rabie; vocem quoque tollere possum.

XXXIIII Vulpes

Exiguum corpus, sed cor mihi corpore maius.
sum versuta dolis, arguto callida sensu;
et fera sum sapiens, sapiens fera si qua vocatur.

XXXV Capra

Alma Iovis nutrix, longo vestita capillo, 120
culmina de facili peragrans super ardua gressu,
custodi pecoris tremula respondeo lingua.

XXXVI Porcus

Saetigerae matris fecunda natus in alvo
desuper ex alto virides expecto saginas,
nomine numen habens si littera prima periret. 125

XXXIII **114** quis *Baehrens, fort. recte* trunco *idem* : uinco *codd.* **116** multa (*vel* -taque *vel* -toque) cum rabie D : multaq; curaui A : mixtaque cum rabie B : multaque in r- *Baehrens* *Post* rabie *distinxi, post cruentos (115) vulg. (!)*

XXXV **121** de facili *Salm.* : deficile A : difficili BD peragrans super] superagrans β **122** pecoris D : -ri A : pec(c)orum βGI

XXXVI **125** peribit *Baehrens*

XXXVII Mula

Dissimilis matri, patri diversa figura,
confusi generis, generi non apta propago,
ex aliis nascor, nec quidquam nascitur ex me.

XXXVIII Tigris

A fluvio dicor, fluvius vel dicitur ex me,
iunctaque sum vento, quae sum velocior ipso, 130
et mihi dat ventus natos nec quaero maritum.

XXXVIIII Centaurus

Quattuor insignis pedibus manibusque duabus
dissimilis mihi sum, quia sum non unus et unus.
et vehor et gradior, quia me mea corpora portant.

XXXVII 126 matri (-is β) patri AB : patri(s) matri(s) D 127 confusi *etiam* A (*errant edd.*) generi *om. A* 128 aliis] *Sc. atque ego sum, i. e. dissimilibus* quidquam A : quicq- α; quisq- dβ

XXXVIII 130 quae *vel* que *codd.* : quo *Baehrens* 131 natus A non β maritos dα

XXXVIIII 133 sum non A : non sum βdα et unum A 134 quia] quę A : *inter* quia *et* quo *et* cum *fluctuant* BD : qua *Pithoeus* mea Ad : duo βα corpora] *Plur. pro sing. Equus enim, Centauri pars inferior, ipsum* (*qua hominem*) *portat; ita et vehitur pars superior et graditur Centaurus totus. Haec plerosque, ut Riese* (qua me mea) *et Baehrens* (duo me mea), *fefellerunt*

XL Papaver

Grande mihi caput est, intus sunt membra minuta; 135
pes unus solus, sed pes longissimus unus.
et me somnus amat, proprio nec dormio somno. *p. 148*

XLI Malva

Anseris esse pedes similes mihi nolo negare;
nec duo sunt tantum, sed plures ordine cernis;
et tamen hos ipsos omnes ego porto supinos. 140

XLII Beta

Tota vocor Graece sed non sum tota Latine.
pauperibus semper proponor †namque† tabernis.
in terra nascor, lympha lavor, unguor olivo.

XLIII Cucurbita

Pendeo dum nascor; rursus, dum pendeo, cresco.
pendens commoveor ventis et nutrior undis. 145
pendula si non sim, non sum iam iamque futura.

XL **136** unus est solus A **137** nec] non β

XLI **140** supinus A

XLII **141** tota D (= τῷ τά *R. Renehan*) : beta AB sed] quod* *conieceram* beta B : tobeta A **142** ante tamen mediam cauponis scripta tabernam D (*'prava interpolatione' Baehrens*) namque] praeque *idem* *Anne* proponor (*i.e. apponor*), nota (*vel* amata) tabernis? **143** terra D : terris ABGIhw oliua βGI

XLIII **144** dum pendo (dep- K) BGI cresco *Salm.* : teresco A : tumesco (-cens K) BGI : nascor D

XLIIII Cepa

Mordeo mordentes, ultro non mordeo quemquam;
sed sunt mordentem multi mordere parati.
nemo timet morsum, dentes quia non habet ullos.

XLV Rosa

Purpura sum terrae, pulchro perfusa colore, 150
saeptaque, ne violer, telis defendor acutis.
o felix, longo si possim vivere fato!

XLVI Viola

Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima virtus.
spiritus est magnus, quamvis sim corpore parvo.
nec mihi tegmen habet noxam nec culpa ruborem. 155

XLIIII 147 mordentem α 148 sed multi sunt mordentem β mordentes Aα

XLV 150 rubore dα 152 possem H

XLVI 154 sim AGI : in β : e D 155 *Versum, quem se Riese intellegere negat, cum 152 mutavit Heumann; sed recte interpretatus est Ohl, violam spinas, ut rosam, non habere et ideo non esse quod erubescat* tegmen *Baehrens* : germen *codd.*

XLVII Tus

Dulcis odor nemoris flamma fumoque fatigor;
et placet hoc superis medios quod mittor in ignes,
nec mihi poena datur, sed habetur gratia dandi. *p. 149*

XLVIII Murra

De lacrimis et pro lacrimis mea coepit origo.
ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor. 160
laetus honor frondis, tristis sed imago doloris.

XLVIIII Ebur

Dens ego sum magnus populis prognatus Eois.
nunc ego per partes in corpora multa recessi;
nec remanent vires, sed formae gratia mansit.

XLVII **157** et AGI : sed βD igne A **158** *Sic* D : cum mihi peccandi meritum natura negauit BGIw, *item* A, *qui tamen addit* nec in pena datur sed habetuir gratia dandi danti *Castalio*

XLVIII murra AB : Sucinum (-nus d) D : Sucinum myrrae G **159** de lacrimis sucinū . et A **161** frondis D : -di B : frundi A

XLVIIII **162** prognatus *coni. Baehrens* : cog- *codd.* **163** corpore A

L Faenum

Herba fui quondam viridi de gramine terrae, 165
sed chalybis duro mollis praecisa metallo
mole premor propria, tecto conclusa sub alto.

LI Mola

Ambo sumus lapides, una sumus, ambo iacemus.
quam piger est unus, tam non est et piger alter;
hic manet inmotus, non desinit ille moveri. 170

LII Farina

Inter saxa fui quae me contrita premebant;
vix tamen effugi totis conlisa medullis,
et nunc forma mihi minor est sed copia maior.

L **165** uirides A : -dis *Salm.* **166** *Ut supra* A (calybis) βGI : seu chalibis (calibus d) seu duro (sum *add. codd. nonnulli*) precisa m- D **167** inclusa A

LI *Totum om.* D **169** tam non est et piger *Baehrens* : unus est non piger et A : tantum non est p- (*Riese*) *vel* tantum non p- et B : tantum sed non p- h **170** desinet AGI

LII **173** nunc (*vel* tunc) B : iam D et iam mihi nunc forma m- A

LIII Vitis

Nolo toro iungi, quamvis placet esse maritam.
nolo virum, thalamum: per me mea nata propago est. 175
nolo sepulcra pati: scio me submergere terrae.

LIIII Amus

Exiguum corpus, flexu mucronis adunci
fallaces escas medio circumfero fluctu.
blandior, ut noceam; morti praemitto saginam.

LV Acula *p. 150*

Longa sed exilis, tenui producta metallo 180
mollia duco levi comitantia vincula ferro.
et faciem laesis et nexum reddo solutis.

LIII **174** marita A : -to α **175** uiro Aα thalamum α : -amo *cett.* (*vulg.*) *Anne* viro, thalamo (*sc. propaginem nasci*)*?*

LIIII **177** corpus βGI : munus dα : munus . corpus A *Post* corpus *distinxi* flexu *Salm.* : -xi AβGI : ferri d : ferri flexu α **178** fero *om.* A **179** sagina A : -as *Perionius*

LV Acula *vel* Acus *BD* : cocla A ('*num* Acla?' *Baehrens*) **182** et nexum A : sed n- *BD*

LVI Caliga

Maior eram longe quondam, dum vita manebat;
at nunc exanimis, lacerata, ligata, revulsa.
dedita sum terrae, tumulo sed condita non sum. 185

LVII Clavus caligarius

In caput ingredior, quia de pede pendeo solo.
vertice tango solum, capitis vestigia signo.
sed multi comites casum patiuntur eundem.

LVIII Capillus

Findere me nulli possunt, praecidere multi.
sed sum versicolor, albus quandoque futurus. 190
malo manere niger: minus ultima fata verebor.

LVI Callica A 184 *Vide Daremberg-Saglio, Dict. Ant. II, 107* at βw : ad AI : sed *cett.* *Post* revulsa *distinxi*

LVII caligarius G : callica- A : caligaris D : *om.* B 186 quia Ad : qui α : que (i *supra* e) β 3 casus A

LVIII 190 sum uersicolores A : diversicolor sum *Baehrens, qui dum vocalis productionem (cf. 258. 262) amoliri conatur, elisionis, quam fere vitat poeta (cf. 101), exemplum duriusculum induxit* verebor *om.* A

LVIIII Pila

Non sum compta comis et non sum nuda capillis;
intus enim crines mihi sunt, quos non videt ullus.
meque manus mittunt manibusque remittor in auras.

LX Serra

Dentibus innumeris sum toto corpore plena. 195
frondicomam subolem morsu depascor acuto.
mando tamen frustra quae respuo praemia dentis.

LXI Ancora

Mucro mihi geminus ferro coniungitur uno.
cum vento luctor, cum gurgite pugno profundo.
scrutor aquas medias, ipsas quoque mordeo terras. 200

LVIIII *Exstat in Hist. Apollon. 43* (*sic*) **192** com(p)ta A, *Hist. Apollon.* : cincta BD, *Hist. Apollon. codd. dett.* (*vel* uicta) et *om. Hist. Apollon.* : sed *coni Riese* nuda *coni. idem* : com(p)ta *Hist. Apollon.* : cincta D : nudata *Hist. Apollon. cod. Tegernseensis* : calva *Baehrens* **193** crines mihi sunt D : crines sunt (in *supra* su *scr.*) A : mihi c- s- I (*sed corr.*), *Hist. Apollon.*

LX **195** sum] in dαH **196** frondicomas (*sic*) subules A depaco A **197** *Ita* B, D (*sed* quia) : m- t- focis . quod spernunt dentes acuti A

LXI *Hoc post C ponunt* dα *Habet Hist. Apollon. 42* **198** minus A unco D **199** lucto *Hist. Apollon.* **200** ipsas] imas *Hist. Apollon., fort. recte*

LXII Pons

p. 151

Stat nemus in lymphis, stat in alto gurgite silva,
et manet in mediis undis inmobile robur.
terra tamen mittit quod terrae munera praestat.

LXIII Spongia

Ipsa gravis non sum, sed aquae mihi pondus inhaeret.
viscera tota tument patulis diffusa cavernis. 205
intus lympha latet, sed non se sponte profundit.

LXIIII Tridens

Tres mihi sunt dentes, quos unus continet ordo;
unus praeterea dens est et solus in imo,
meque tenet numen, ventus timet, aequora curant.

LXV Sagitta

Saepta gravi ferro, levibus circumdata pinnis, 210
aëra per medium volucri contendo meatu,
missaque discedens nullo mittente revertor.

LXII 201 nemus (nemo α) AD : domus B 203 munere A

LXIII *Habet Hist. Apollon. 42* 204 aqua A 206 sed se non βα

LXIIII 207 quos unus βGI : u- q- D : u- A 209 numen *om.* A uentos A curant] *I. e. observant; cf. Plin. Ep. 1, 5, 15* curatur a multis, timetur a pluribus

LXV 210 secta A 211 contendo] t- A 212 discedens D : discend- A, β *m. 1* : descend- β *corr.*

LXVI Flagellum

De pecudis dorso pecudes ego terreo cunctas,
obsequium reddens moderati lege doloris;
nec volo contemni, sed contra nolo nocere. 215

LXVII Lanterna

Cornibus apta cavis, tereti perlucida gyro,
lumen habens intus divini sideris instar,
noctibus in mediis faciem non perdo dierum.

LXVIII Specular

Perspicior penitus nec luminis arceo visus,
transmittens oculos intra mea membra meantes; 220
nec me transit hiems, sed sol tamen emicat in me. *p. 152*

LXVI **214** obsequium reddens ABhw : -io cogens D moderati (-te d) D : memorata ABhw **215** sed] nec A noceri dα : necare *Froehner*

LXVIII Specular D : uitriū (reum) AB **219** perspicio specular penitus A *Versuum ordo in hoc et sequentibus duobus hoc modo in* A *confunditur*: *219. 223. 224. 220–222. 225. 227* (*om.* 226) **220** ultra *Baehrens*

LXVIIII Speculum

Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura.
fulgor inest intus radianti luce coruscus,
qui nihil ostendit nisi si quid viderit ante.

LXX Clepsydra

Lex bona dicendi, lex sum quoque dura tacendi, 225
ius avidae linguae, finis sine fine loquendi,
ipsa fluens dum verba fluunt, ut lingua quiescat.

LXXI Puteus

Mersa procul terris in caespite lympha profundo
non nisi perfossis possum procedere venis,
et trahor ad superos alieno ducta labore. 230

LXVIIII *Exstat in Hist. Apollon. 43 (sic)* 223 radientia A : radiata β cor(r)uscus A, *Hist. Apollon.* (cho-) : -cis I : -cans BD (*cf. Venant. carm. 8, 3, 141* radianti luce coruscum) 224 si quid] si quod GIw : quid Adα, *Hist. Apollon.* : quod H : uel quod quid β : uel K : quidquid *Baehrens*

LXX *Numerum et titulum om.* A, *unde hinc usque ad* LXXVI *numeros uno minores quam cett. exhibet* 225 sum] sum bona A 226 *om.* A (*vide ad LXVIII*)

LXXI 229 profusis B rimis (riuis GI) D 230 et labor Aα : est l- Hd : et trador K

LXXII Tubus ligneus

Truncum terra tegit, latitant in caespite lymphae;
alveus est modicus qui ripas non habet ullas;
in ligno vehitur medio quae ligna vehebat.

LXXIII Uter

Non ego continuo morior, dum spiritus exit;
nam redit adsidue, quamvis et saepe recedit: 235
et mihi nunc magna est animae, nunc nulla facultas.

LXXIIII Lapis

†Deucalion ego sum crudelis† sospes ab unda,
adfinis terrae sed longe durior illa.
littera decedat, volucris quoque nomen habebo.

LXXII ligneus *om.* BD **233** uehitur medio BD : modico. ueh- A : medio u- *Baehrens* quae (*sc. aqua*) β : q; A : quod D

LXXIII Vter *vel sim.* D : Follis B : uter f- A **234** *Anne* cum? **235** recedat αI **236** et mihi nunc Bhw (*Ohl*) : n- m- AD : et n- m- M : n- m- sic I (*Baehrens*) : nuncque mihi *Camerarius* (*Riese*) est *om.* βK

LXXIIII Deucalionis ego crudeli *Heumann* : Deucalionea proveni *Riese, bene* sospes *Heumann* : hospes (-pis Ad) *codd.* **238** a(d)fines AβdI **239** recedat A uolucris ABhw : -rum D

LXXV Calx

Evasi flammas, ignis tormenta profugi. 240
ipsa medella meo pugnat contraria fato:
infundor lymphis, gelidis accendor ab undis.

LXXVI Silex

Semper inest intus, sed raro cernitur ignis.
intus enim latitat, sed solos prodit ad ictus.
nec lignis ut vivat eget, nec ut occidat undis. 245

LXXVII Rotae

p. 153

Quattuor aequales currunt ex arte sorores
sic quasi certantes, cum sit labor omnibus unus;
et prope sunt pariter nec se contingere possunt.

LXXV **241** me oppugnant A : mea pugnat α **242** infundor *Baehrens* : infrigitor A : -gidor B : -gor K : ardeo de D gelidis *Baehrens* : cal- AB (*cf. c. 164, 1*) : mediis (-ios d) D ab ignis *vel sim.* D

LXXVI Silex] aliter A **244** solo A *Pro hoc aenigmate aliud exhibet* B (*praeter* w), K, *nec non* A, *sed hic post alteram* (*codicum* D) *recensionem:*
virtus magna mihi duro; mollitur ab igne (igni A)
cessantique (-teq; Aβ) foco intus mihi virtus adhaeret.
semper inest in me, sed raro cernitur ignis.

LXXVII *Habet Hist. Apollon. 43. Post LXXVIII ponit* A **246** parte B **247** sic] si A **248** et prope cum sint pariter non se pertingere possunt *Hist. Apollon.*

LXXVIII Scalae

Nos sumus ad caelum quae scandimus, alta petentes,
concordi fabrica quas unus continet ordo, 250
ut simul haerentes pronos comitemur ad auras.

LXXVIIII Scopa

Mundi magna parens, laqueo conexa tenaci,
iuncta solo plano, manibus conpressa duabus
ducor ubique sequens et me quoque cuncta sequuntur.

LXXX Tintinnabulum

Aere rigens curvo patulum conponor in orbem. 255
mobilis est intus linguae crepitantis imago.
non resono positus, †motus quoque† saepe resulto.

LXXVIII *Habet Hist. Apollon. 43* 249 tendimus D : scandit *Hist. Apollon.* 250 conserit *Hist. Apollon., fort. recte* 251 quicumque alta petunt *Hist. Apollon.* ut] et βK pronos* *scripsi* : per nos *codd., Hist. Apollon.* comitemur* *scripsi* : -tentur *codd.* : -tantur *Hist. Apollon.* : nitantur *Buenemann* (*Baehrens, Riese*) : connitamur (*om.* per) *Schenkl*

LXXVIIII 252 mundi magna parens AD : in siluis genita et Bw (*cf. ad 190*) 253 uincta Ad (*edd.*)

LXXX tintinabulus A, *qui numeros hinc usque ad XCV uno auget* 255 patulum ... orbem D : -los ... orbem (*ex* ur-) A : -lo ... orbe BIw 257–259 *om.* dαh 257 resonat (-ant β) ... resultat B (*cf. ad 42*) motus quoque] commotus* *conieci* saepe*] longe AI motus longeque *Castalio* (*Baehrens*) : sed m- saepe *Schenkl* (*Riese*)

LXXXI Lagena

Mater erat Tellus, genitor est ipse Prometheus;
auriculae surgunt redimitae ventre cavato.
dum cecidi, miseram laniavit me mea mater. 260

LXXXII Conditum

Tres olim fuimus qui nomine iungimur uno.
ex tribus est unus, et tres miscentur in uno.
quisque bonus per se: melior qui continet omnes.

LXXXIII Vinum in acetum conversum

Sublatum nihil est, nihil est extrinsecus auctum; *p. 154* 264
nec tamen invenio, quicquid prius ipse reliqui. 266
quod fuerat, non est: coepit, quod non erat, esse. 265

LXXXI lagena *an* lagona *incertum* A : Laguena *vel* Lacuna BI 258 genitor est] *Vide ad 190* 259 auricul(a)e AβIK : -aeque *cett.* (*?*), *vulg.* surgunt* *scripsi* : reg- *codd.* : rigent *Froehner* redimitae *Perionius* : -to A : -ta βIK : -tam *Pithoeus* : geminatae *Baehrens* cauata AI 260 cecidi, miseram* *scripsi* : misera (-re B *praeter* β) cecidi (cecidit A) AB : cecidi (gaudii(s) dα) subito D laniavit me mea mater *scripsi* : mater mea (mea mater βK) me diuisit AβK : mater mea me laniauit *fere* D (*versus in voce plus quam trium syllabarum desinentis exemplum noster nullum praebet*) : divisit me mea m- *Baehrens*

LXXXII conditus d : c- potus B 262 et *om.* β : set *Baehrens*

LXXXIII *Titulum ita* Aα : Vinum uersum in acetum βK : Vinum amarum dH 264 actū AF, *deletum in* d 265 *et* 266 *inter se mutavit Heumann* 266 inueni D 265 *Ita* D (ẹṣṣẹ non erat α) : quod fueram non sum c(o)epi quod (quia β) non eram esse AB

LXXXIIII Malum

Nomen ovis Graece, contentio magna dearum, 267
fraus iuvenis cincti, pulchrarum cura sororum,
hoc volo ne breviter mihi syllaba prima legatur.

LXXXV Perna

Nobile duco genus magni de gente Catonis. 270
una mihi soror est, plures licet esse putentur.
de fumo facies, sapientia de mare nata est.

LXXXVI Malleus

Non ego de toto mihi corpore vindico vires,
sed capitis pugna nulli certare recuso:
grande mihi caput est, totum quoque pondus in illo. 275

LXXXIIII **268** cincti *Klapp* (*Ohl*) : functi *codd.* : pulcri *Castalio* (*ex* A; *vide infra*), *quem Baehrens secutus est* : Phrygii (frugii) *Buecheler* (*Riese*), *perperam* pulcrarum *Klapp* : pulcrā multarum A : multarum *cett.* : iunct- *Baehrens* : *anne* cantricum? **269** (*i.e. nolo me mălum fieri, id quod Baehrens, qui versum pro grammatici alicuius commento habuit, fefellisse videtur*) *ita* D, *etiam Aldhelmus* : excidium troiae dum (whl : *om.* AβK : quae *Perionius*) bella cruenta peregi B, *quod plane flaccet; nec Discordiae malo iterum iniecto locus est* AI = D + B, h = B + D

LXXXV **271** uidentur A **272** sapientia de mare (sale *Riese; cf. c. 363, 4*) nata est D : mihi sapor inhesit A : de mari mihi s- i- B : sapor et mihi salsus inhaesit *Baehrens*

LXXXVI **273** non mihi de totū corpus ego . non ego de toto *sqq.* A **275** mihi ABI : tamen D pondus] corpus dαh in ipso est B

LXXXVII Pistillus

Contero cuncta simul virtutis robore magno.
una mihi cervix, capitum sed forma duorum.
pro pedibus caput est: nam cetera corporis absunt.

LXXXVIII Strigilis aënea

Rubida, curva, rapax, alienis humida guttis,
luminibus falsis auri mentita colorem, 280
dedita sudori, modico subcumbo labori.

LXXXVIIII Balneum

Per totas aedes innoxius introit ignis.
est calor in medio magnus, quem nemo veretur.
nuda ⟨tamen⟩ domus est et nudus convenit hospes.

LXXXVII 278 corporis absunt w : -pora non sunt *cett.* : -pore non sunt *Wernsdorf* (*vulg.*)

LXXXVIII aenea *om.* B : aerea dH 279 rubida D : rubea AB : rubra re(curva) *conieceram, alii alia, sed sine causa* rapax* *scripsi* : capax *codd.* 280 fluminib; A aureo β mentita colorem D : simulata metallo B : A = B + D 281* *explicavi* modicoque β

LXXXVIIII *Habet Hist. Apollon. 42* 282 sedes wdHI 283–284 circumdata flammis hinc inde uallata nuda dom' ē nec ibi uror neq; consumor et nudus ibi convenit hospes *Hist. Apollon.* 284 nuda tamen domus est *scripsi* (quia nihil intus habet praeter sedilia *Hist. Apollon.*) : non est nuda domus *codd.* et nudus *Hist. Apollon.* (*vide supra*) : sed n- D : n- sed β : sed A (n- *om.*)

LXXXX Tessera

p. 155

Dedita sum semper voto, non certa futuri. 285
iactor in ancipites varia vertigine casus,
non ego maesta malis, non rebus laeta secundis.

LXXXXI Pecunia

Terra fui primo, latebris abscondita terrae,
nunc aliud; pretium flammae nomenque dederunt,
nec iam terra vocor, licet ex me terra paretur. 290

LXXXXII Mulier quae geminos pariebat

Plus ego sustinui quam corpus debuit unum.
tres animas habui, quas omnes intus alebam.
discessere duae, sed tertia paene peregit.

LXXXX 285 futuri *Heumann* : -ro (-ra β) *codd.* 287 non ... non D : nunc ... nunc ABH

LXXXXI 288 primum B terrae D : diris AB : duris I 289 *Post* aliud (*ex* alio A) *distinxi**

LXXXXII 292 alebam* *Baehrens* : habe- *codd.* 293 abscessere *idem* poene α : pena A : poena βK peregit*] secuta est D : perivit *C. P. Jones* : peracta est *Baehrens*

LXXXXIII Miles podagricus

Bellipotens olim, saevis metuendus in armis,
quinque pedes habui bis, numquam nemo negavit. 295
nunc mihi vix duo sunt; inopem me copia reddit.

LXXXXIIII Luscus alium vendens

Cernere iam fas est quod vix tibi credere fas est:
unus inest oculus, capitum sed milia vendit.
qui quod habet vendit, quod non habet unde parabit?

LXXXXV Funambulus

Inter luciferum caelum terrasque iacentes 300
aëra per medium docta meat arte viator.
semita sed brevis est, pedibus nec sufficit ipsis.

LXXXXIII podagricus D : potager A : *om.* B 294 saeuis BD : semper A 295 quinque D : sex Aβwh : sexque *Perionius, num recte?* bis* *scripsi* : quod D : quos A (*sic*), B 296 reddit AB : fecit D (*edd.*)

LXXXXIIII alium α : alios AB uendens B : uin- A : tenens α 298* vendit *scripsi* : multa *codd.* 299 qui id quod αI : quidquid A uindit Ad parauit AdαI

LXXXXV funeambulus Aβ 300 luciferum AI : -ficum αβd : -fluum (*cf. c. 234, 1*) h

LXXXXVI

[De VIII tollas VII et remanet VI

Nunc mihi iam credas fieri quod posse negatur.
octo tenes manibus, sed me monstrante magistro
sublatis septem reliqui tibi sex remanebunt.] 305

LXXXXVII Umbra

Insidias nullas vereor de fraude latenti;
nam deus attribuit nobis haec munera firma,
quod me nemo movet, nisi qui prius ipse movetur.

LXXXXVIII Echo

Virgo modesta nimis legem bene servo pudoris. *p. 156*
ore procax non sum, nec sum temeraria linguae. 310
ultro nolo loqui, sed do responsa loquenti.

LXXXXVI *Pro aenigmate iam deperdito haec medio aevo confecta praebent codd.* D *nonnulli* 303 credis α : -des hI 304 tenes M : tenens *cett.* 305 quinque manebunt *L. Mueller* (*Riese, quem vide; sed solutio incerta est*)

LXXXXVII 306 latentis AI 307 firma (*i. e. mansura*) *scripsi* : formae *codd.* (*feminae, non umbrae, formae munere laudantur; cf. Stat. Silv. 5,1,51*) 308 me *om.* β qui *om.* α : quid A : quod β : si *Schenkl*

LXXXXVIII 310 lingua *Bh, Aldhelmus*

LXXXXVIIII Somnus

Sponte mea veniens varias ostendo figuras.
fingo metus vanos nullo discrimine veri.
sed me nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.

C Monumentum

Nomen habens hominis post ultima fata relinquor. 315
nomen inane manet, sed dulcis vita profugit.
vita tamen superest meritis post tempora vitae.

LXXXXVIIII Somnium *L. Mueller* 313 uero dαh 314 claudet AdI

C 315 relinquor AI : remansi β : -nsit α : -nens d 317 meritis *Baehrens* : mortis AI : -ti BD : multis *Heumann*

Tristichon de nive subditivum addit α, *tum* Finiunt enigmata simphosii philosophia m̅ α : Finit enigmata simphosii I : *de cod.* A *subscriptione vide proxima*

B. IV 386–425

LUXORII

viri clarissimi et spectabilis

LIBER EPIGRAMMATON

282

R. 287

Metro phalaecio ad Faustum

Lusus hos veteres, tuis, amice,
etsi iam temere est placere iussis,
nostro Fauste animo probate conpar,
tantus grammaticae magister artis,
quos olim puer in foro pa⟨ra⟩vi, 5
versus ex variis iocis deductos,
illos scilicet unde me poetam
insulsum, puto, quam magis legendum
nostri temporis ⟨a⟩utumavit aetas,
in parvum tibi conditos libellum 10
transmisi, memori tuo probandos
primum pectore; deinde, si libebit, *p. 157*
discretos titulis quibus tenentur

282. *Inscriptionem hanc litteris maiusculis habet* A : ex̄p̄l. enigmata sinfosi . inc̄ip . liber . epi . gramaton . uiri . clā[n] . luxori . et . spectabilis . sunt ūr' LXXXXVII 1 lusus hos *scripsi* : ausus post A 2 iam *sched.* : tam A placere *pro* parere *notandum* 5 *post* 6 *transponendum coni. Riese* paui A, *corr. Heinsius* 6 iocis *Baehrens* : lo- A reductos *Burman* 8 puto magis quam *sched.* : mage q- p- *Maehly, sine causa* 9 autumavit *Weil* : ut amavit (uta-) A (*edd.*) : aestim- *Burman* 12 deinde *Heinsius* : deinc A : dehinc *sched.*

per nostri similes dato sodales.
nam si doctiloquis nimisque magnis 15
haec tu credideris viris legenda,
culpae nos socios notabit index:
tam te, talia qui bonus recenses,
quam me, qui tua duriora iussa
feci nescius, immemor futuri. 20
nec me paeniteat ⟨i⟩ocos secutum,
quos verbis epigrammaton facetis
diversos facili pudore lusit
frigens ingenium, laboris expers.
causam, carminis unde sit voluptas 25
edit ridiculi sequens poema.

283

R. 288

Iambici ad lectorem operi⟨s⟩ sui

Priscos cum haberes quos probare⟨s⟩ indices,
lector, placere qui bonis possent modis,
nostri libelli cur retexis paginam
nugis refertam frivolisque sensibus
et quam tenello tiro lusi viscere? 5
et forte doctis [si] illa cara est versibus

17 notauit A 18 tam te *sched.* : tantę A bonus *Baehrens, coll. c. 71,3* : bonis A 21 paeniteat . ocossecurū A 22 quos *Meyer* : quod A facitis A 23 diversos *Baehrens* : -so et A 26 edit *Baehrens* : egit A : edet *Riese* ridiculi *scripsi* : rediculū A : ridiculum *vulg.*

283. 4 frivolisque *Meyer* : tribul- A 6 et] set *Baehrens* : an *Riese* : at *Mariotti*[1] doctis *dativus est* si *del. Riese.*

sona⟨nt⟩ pusilli qui laboris ⟨s⟩commata,
nulli decoris, ambitus, sententiae?
hanc tu requiris et libenter inchoas,
velut iocosa si theatra pervoles. 10

284

R. 289

Asclepiadei ad librum suum

Parvus nobilium cum liber ad domos
pomposique fori scrinia publica
cinctus multifido veneris agmine, *p. 158*
nostri defugiens pauperiem laris,
quo dudum modico sordidus angulo 5
squalebas, tineis iam prope deditus,
si te despiciet turba legentium
inter Romulidas et Tyrias manus,
isto pro exequiis claudere disticho:
'contentos propriis esse decet focis 10
quos laudis pigitum est invidiam pati.'

7 sonant *scripsi*: sona A : -at *vulg.* pusillo *Riese* qui *scripsi* : q; A : quae *vulg.* : -que e *Baehrens* scommata *scripsi* : comutę A : scommate *Baehrens* : schemate *Riese, quod etiam cum cruce in textu posuit, errore ut vid.* 8 nulli (*cf. c. 360, 2*) *scripsi* : nullo A : nudo *Mariotti*[1] (*anne* nudi?) sententiae *Riese* : -ia A
9 tu requiris *Baehrens* : lurequeris A : iure quaeris *Heinsius* 10 pervoles *Baehrens* : pernotes A

284. 2 publici A 3 agmine *sched.* : hacminerue A 4 diffugiens A 6 squalebas *Meyer* : sau- A deditos A : debitus *idem* 7 dispiciet A 9 elaudere A 10 debit A focis *Riese* : lo- A 11 pigitum *scripsi* : facile A

285

R. 290

Epigrammata parva quod in hoc libro scripserit

⟨Parva quod exiguo sunt scripta epigrammata libro⟩,
si quis hoc nostro detrahit ingenio,
adtendat modicis con⟨clu⟩di mensibus annum
et graciles [hiemis] ver⟨ni tempor⟩is [et] esse dies.
noverit ⟨in⟩ brevibus magnum deprendier usum. 5
ultra mensuram gratia nulla datur.
haec mea concinno si pagina displicet a⟨u⟩ctu,
finito citius carmine clausa silet.
nam si constaret libris longissima multis,
fastidita forent plurima vel vitia. 10

286

R. 291

Trochaicum de piscibus qui ab hominibus cibos capiebant

Verna clausas inter undas et lacunas regias
postula⟨t⟩ cibos diurnos ore piscis parvulo

285. 1 *versum suppl. Burman* 2 in *ante* hoc *add. idem* : *mallem* ob 3 concludi *Meyer* : condi A : condi de *Salm.* (*edd.*) 4 graciles *Meyer* : fa- A hiemisuiris . etesset A, *corr. ego* : hiemis, ueris et esse *vulg., fatue. Nimirum versus haplographia mancus ab interpolatore refictus est* 5 in *add. sched.* deprendier *Meyer* : dependere A 6 ultra *Salm.* : al- A 7 haec *scripsi* : hic A : hinc *Petschenig* : sic *Riese, male* auctu *Petschenig* : actu A (*edd.*) 8 carmine *Baehrens* : -na A 10 vitia *Rosenblum, qui tamen* vel *pro* etiam *accipiendum esse non intellexit* : uitio A : merito *coni. Riese*

286. 2 pisce (s *supra* e *scr.*) A paruolo *ex* -lus A

nec manum fugit vocatus nec pavescit retia.
roscidi sed amnis errans hinc et inde margines
odit ardui procellas et dolosi gurgitis 5
ac suum [quo] lib⟨ent⟩er esse transnatans solet mare.
sic famem gestu loquaci in mitiori vertice
discit ille quam sit aptum ventris arte vincere.

287

R. 292

Archilochium de apro mansueto in triclinio nutrito

Martis aper genitus iugis inesse montium, *p. 159*
frangere horrisonum nemus ferocius solens,
pabula porticibus capit libenter aureis
et posito famula⟨n⟩s furore temperat minas.
nec Parios lapides revellit ore spumeo 5
atria nec rabidis decora foedat ungulis,
sed domini placitam manum quietus appetens
fit magis ut Veneris dicatus ille sit sacris.

3 nec (*prius*)] hęci A pavescit *Duebner* : pupe- A retia *Studemund* : regia A : -am *sched.* 4 margine *Riese* (*Baehrens*) 6 libenter* *scripsi* : quoliber A solet *iniuria mutant edd.* 7 in* *coni. Baehrens* : et A 8 discit ille quam *sched.* : discos i- quem A aptus *Meyer*

287. mansueto *scripsi* (*cf. c. 355 inscr.*) : missū A : mitissimo *Riese* (*Baehrens*) 2 et horrisonum *Meyer* (*edd.* et orr- *coni. Riese*); *cf. c. 328, 13 al.* 4 famulans *Baehrens* : -las A 6 rabidis *L. Mueller* : rapitis A 7 placitam *Baehrens* : -idam A 8 sit] sic *idem* (*Riese*)

288

R. 293 *De auriga Aegyptio qui semper vincebat*

Quamvis ab Aurora fuerit genetrice creatus
Memnon, Pelidae conruit ille manu.
at te Nocte satum, ni fallor, matre paravit
Aeolus et Zephyri es natus in antra puer.
ne⟨c⟩ quisquam qui te superet nascetur Achilles: 5
dum Memnon facie ⟨e⟩s, non tamen es genio.

289

R. 294 *Sapphicum in grammaticum furiosum*

Carminum interpres veterumque vatum,
cum leves artem pueros docere
diceris vel te iuvenes magistrum
audiunt verbis veluti disertum,
cur in horrendam furiam recedis 5
et manu et telo raperis cruentus?
non es, inquam, dum furor hic probatur,
dignus inter grammaticos vocari,
sed malos inter sociari Orestas.

288. 1 ab *del. Meyer* 3 at *idem* : ut A 6 dum] tu *L. Mueller, fort. recte* facie es *Meyer* : -ies A es *Burman* : et A, *num recte?*

289. 1 veterumque *Baehrens* : meritiq; A 3 niteris *coni. idem* 4 audiunt *Riese* : audeant A : audiant *Burman* 6 cruentos (*sic*) A : verendus *Baehrens* 7 inquam dum *Schubert* : in quantum A (*edd.*) *Anne* regatur? 9 sociarios A

290

R. 295

Glyconeum in advocatum effeminatum

Execti species viri,
naturae grave dedecus,
usu femineo patens,
foedae cura libidinis, *p. 160*
cum sis ore facundior, 5
cur causas steriles agis
aut corrupta negotia
et perdenda magis locas?
agnovi: ut video, tuo
ori quid bene credier 10
non vis, sed, puto, podici.

291

R. 296

In clamosum pygmaeum et furiosum

Corpore par querulis es vel clamore cicadis,
hinc potior, quod te tempora nulla vetant.
dum loqueris, quaerunt cuncti vox cuius oberret
atque sonum alterius corporis esse putant.
miramur tantum capiant qui membra furorem, 5
cum sit forma levis, clamor et ira gravis.

290. 3 uso A patens *Baehrens* : pares A : Paris *Burman* (*Riese!*) 4 foedae *Heinsius* : fere A 11 puto *Salm.* : puro A

291. *Habent etiam* BV et BV : corpore et A (*edd.*) 2 patior B : potius V 3 cui obirent B aborret V 5 qui *Baehrens* : quē A : que B : quę V 6 cum A : ut BV

292

R. 297

Phalaeciam in moechum, quod debriatus plorabat, cum coitum inplere non posset

Ieiunus futuis nimisque semper,
ne⟨c⟩ parcis, nisi forte debriatus.
effundis lacrimas, quod esse moechus
multo non valeas mero subactus.
plora, ne futuas, peto, Lucine, 5
et semper bibito diuque plange;
aut numquam ut futuas, venena sume.

293

R. 298

In spadonem regium, qui mitellam sumebat

Rutilo decens capillo
roseoque †crines† ephebus
spado regius mitellam
capiti suo locavit.
proprii memor pudoris, *p. 161* 5
bene conscius quid esset,
posuit cogente nullo,
fuerat minus quod illi.

292. possit A 1 iaeiunus (*sic*) *Stowasser* : iaeius A : saepius *apogr. Leidense in marg.* (*edd.*) 2 neparces A *In fine versus distinxi* 3 *Anne* et fundis? 4 multa A 5 ne futuas] *I. e. noli futuere* plura ne f- *Riese* 6 et] aut *Meyer* (*edd.*) bibito diuque plange *Haupt* : uiuit.odiuq;plangit A : bibe taediumque plange *Meyer* (*edd.*)

293. 1 rutilo *Burman* : ratio A 2 crine *vulg.* : (roseaque) carne *Petschenig* : clune *Grassi* : *anne* ab ore? 4 capitis uolocapit A, *corr. Studemund et Baehrens* 8 *Sc. mentula**

294

R. 299 *Anapaesticum in magum mendicum*

Tibi cum non sit diei panis,
magicas artes inscius inples.
ire per umbras atque sepulcra
pectore egeno titubans gestis.
nec tua Manes carmina sumunt, 5
fame dum pulsus Tartara cantu
omnia turbas, aliquid credens
dare quod possit superis Pluton
pauperibus. quin, peto, quo peius
egeas, totum semper in aevum 10
mage, depascis membra perempta?

295

R. 300 *In acceptorarium obesum et infelicem*

Pondere detracto miseras, Martine, fatigas
pressura crudelis aves. pinguedine tanta
ut tu sis, frustra maciem patiuntur iniquam.
debuerant, fateor, magis has tua pascere membra,
ut numquam possent ieiuna morte perire. 5

294. magum *Burman* : magnū A mendicum *Hilberg* : med- A 7 credens *Baehrens* : -deris A : -dis *Meyer* 8 superis *Klapp* : suphis A 9 quin *scripsi* : q; A : qui *Baehrens* (*Riese*) peto, quo *scripsi* : puto quod A peius *Baehrens* : petus A 10 aevum *idem* : orbem A 11 depascis *scripsi* (*olim etiam* quid, peto, quo ... si pascis*) : siposcis A : si posces *Riese*

295. *'Acceptor est accipiter' Riese* 1 detracto *Duebner* : uel facto A 2 haues A 5 utunumquam ... periret A

296

R. 301

In vetulam virginem nubentem

Virgo, quam Phlegethon vocat sororem,
Saturni potior parens senecti,
quam Nox atque Erebus tulit Chaosque,
mater simia vel creavit arvis 6
grandaeva in Libycis novo sub orbe, *p. 162* 7
cui rugae totidem graves quot anni, 4
cui vultus elephans dedit cutemque, 5
olim quae decuit marita Diti
pro nata Cereris dari per umbras,
quis te tam petulans suburit ardor 10
nunc cum iam exitium tibi supersit?
an hoc pro titulo cupis sepulcri,
aut per compita fama sic loquatur,
quod stuprata viro est anus †nocente†?

297

R. 302

In medicum lenonem

Quod te pallidulum, Marine noster,
cuncti post totidem dies salutant,
credebam medicum velut peritum

296. 2 senecti *scripsi* : -te A : -ta *Riese* 3 caosq; A : Chaosve *scribere nolui* 6–7 *ante 4 transposui* 6 vel *scripsi* : quā A 4 ruget A 8 quae *Burman* : quam A marita *Heinsius* : marto A : marito *sched.* (*def. H. Happ, Gnomon 34* (*1962*), *699, cui metrum sic bellissime se habere visum est; sed vide Rosenblum, pp. 92 sq.*) 12 cupit A 13 per compita *Klapp* : te cognita A 14 es *Petschenig* nocente (i *supra* t *scr.*) A : *anne* cacante?

297. medicum lenonem *coni. Riese* : medicole- A

curam febribus et malae podag⟨r⟩ae
logicae placitis parare sectae 5
aut de methodicis probare libris.
at tu fornice turpius vacabas,
exercens aliis quod ipse possis
lenatis melius tibi puellis
scortandi solito labore ferre. 10
novi quid libeat tuum, chirurge,
conspectos animum videre cunnos:
vis ostendere te minus virum esse,
⟨c⟩um arrectos satis est mares videre.

298

R. 303 *In diaconum festinantem ad prandium cauponis*

Quid festinus abis gula impellente, sacerdos?
an tibi pro psalmis pocula corde sedent?
pulpita templorum, ne pulpam quaere tabernae,
almina quo caeli, non phialas referas.

4 malae podagrae *scripsi*: manū pudicam (= podigā) A 5 lōgicae (*cf. ad c. 299, 4*) placitis *scripsi* : de factis l- A : de fastis l- *Meyer* : de pactis l- *Baehrens* (*Riese*) 12 conspectos* A : conle- *Maehly* *Anne* locare? 14 cum (dum *etiam possis*) arrectos *scripsi* : ular r- A : arr- *Heinsius* (*vulg.*)

298. *Habent etiam* BV ad prandium cauponis *om.* BV 1 quid A : quo BV (*edd.*) guila A, V (i *exp.*) : cuila B (*cf. ad c. 171, 6*) 3 pulpam *scripsi* : pulpita (pal- V, *bis*) *codd.* 4 almina (*i. e. alimenta*) quo caeli *scripsi* (*item Happ*) : a- quolaudes A : quo (quod V) cęli l- BV : Almi quo l- *Schubert* : agmina quo caeli *Baehrens* (*!*) : numina (*Salm.*) quo caeli *Riese* fialas A : fialas BV referas B : -res V : reseras A : reseres *Salm.*

299

R. 304 *De turre in viridiario posita, ubi se Fridamal aprum pinxit occidere* *p. 163*

Extollit celsas nemoralis Aricia sedes,
sternit ubi famulas casta Diana feras,
frondosis Tempe cinguntur Thessala silvis,
pinguia Nemeae lustra Molorchus habet.
haec vero aetherias exit quae turris in auras, 5
consessum domino deliciosa parans,
omnibus in medium luc⟨r⟩is ornata refulget
obtinuitque uno praemia cuncta loco.
hinc nemus, hinc fontes exstructa cubilia cingunt
statque velut propriis ipsa Diana iugis. 10
clausa sed in tanto cum sit splendore voluptas
artibus ac variis atria pulchra micent,
admiranda tuae tamen est virtutis imago,
Fridamal, et stratae gloria magna ferae,

299. viridario *vulg. olim* abrum (*per compendium*) A 2 fabulas ... feres A 4 pinguia (*i. e. densa*) Nēmēae *scripsi* (*cf. c. 297, 6* mēthodicis *et similia in cc. 305, 1; 327, 2; 346, 1. 7. 11. 13; 360, 3; 369, 4*) : pinquiabenenutu A : pinguia Benventi (*Heinsius* : pinguiaque Nemeae *Riese* : *alii alia* 7 lucris *Baehrens* : lucis A 8 uno *idem* : nouo A 9 exstructa *Riese* : etst- A cubilia *Salm.* : ciuilia A 14 stratae *Salm.* : statuę A 16 captasti *scripsi* : apt- A : opt- *Meyer* 17 hic *Baehrens* : hinc A iaculo post terga retorto] *Fortasse more Parthico: cf. Sidon. Ep. 9. 13, 5, 20 sqq.* peregrina dat supellex / Ctesiphontis et Niphatis / iuga texta beluasque / rapidas vacante panno, / acuit quibus furorem / bene ficta plaga cocco / iaculoque ceu forante / cruor incruentus exit; / ubi torvus et per artem / resupina flexus ora / it equo reditque telo / simulacra bestiarum / fugiens fugansque Parthus. retorta A

qui solitae accendens mentem virtutis amore 15
⟨c⟩aptasti digno pingere facta loco.
hic spumantis apri iaculo post terga retorto
frontem et cum geminis naribus ora feris.
ante ictum subita prostrata est belua morte,
cui prius extingui quam cecidisse fuit. 20
iussit fata manus, telo nec vulnera sensit
exerrans anima iam pereunte cruor.

300

R. 305

De avibus marinis quae post volatum
ad dom⟨in⟩um remeabant

Felix marinis alitibus Fridamal,
felix iuventa, prosperior genio,
quem sponte noscunt aequoreae volucres,
nec stagna grato frigida concilio *p. 164*
pigris strepentes gurgitibus retinent, 5
sed quo tuorum temperiem nemorum
monstrent, volatu praememores famulo
pro te relictam non repetunt patriam.

19 ante ictum*] actutum *Petschenig* : adque ictum *Baehrens* (*!*) **20** prius prius A **21** misit *Petschenig* *Post* manus *distinxi**, *post* telo *vulg.* *Anne* teli*?*

300. *Titulo cave credas* ad *om. vulg. olim* dominum *scripsi* : domum A 3 noscunt *Baehrens, quod accepi dubitanter* : pos- A : pas- *Schubert* (*!*) egore A, *corr. Heinsius* 4–5 *Non stagnorum, quibus quidem apud Fridamalem non fruuntur, delectatione apud eum remanent* 4 frigiga A : Phrygica *Burman* 8 pro te *Meyer* : prope A

301

R. 306

In aurigam senem victum crimina in populo⟨s⟩ iactantem

Te quotiens victum circus, Cyriace, resultat,
  crimine victores polluis et populos,
nec visum quereris senio languente perisse
  castigasque tuae tarda flagella manus.
sed quid in alterius divulgas crimina nomen? 5
  cur non illa magis credis inesse tibi?
es meritis impar, virtute, aetate relictus:
  haec cum habeant alii, crimina vera putas.
sola tamen falsis surgat tibi poena loquellis,
  ut victus semper nil nisi crimen agas. 10

302

R. 307

In podagrum venationi studentem

Apros et capreas levesque cervos
Incurvus rapidis equis fatigat.
tantum nec sequitur capitque quicquam.
esse inter iuvenes cupit, vocari
baudus, dum misero gemat dolore 5
et nil par valeat. quid ergo gestit?

301. populos *Baehrens et Klapp* : -lo A 1 Cyriace *Burman* : quir- A 3 nec* *scripsi* : tunc (*fort. ex* tu nec *coortum*) A : non *Riese* : quin *Baehrens* 4 castigasve *coni. Riese* 5 sed] et *Baehrens* quid *scripsi* : quod A

302. uenatione studente A 3 tantam A 5 vaudus (*i. e. validus*) *Stowasser* 6 par valeat* *scripsi* : proua- A : praeua- *Burman* (*vulg.*)

mori praecipiti furit caballo,
cum lecto melius perire posset.

303

R. 308

In supra scriptum, quod multa scorta habuit et eas custodiebat

Zelo⟨typo⟩ plures incursas pene puellas,
sed nulla est quae te sentiat esse virum.
custodis clausas, tamquam sis omnibus aptus:
est tamen internus Iuppiter ex famulis. *p. 165*
si nihil ergo vales, vacuum cur arrigis inguen 5
et facis ignavus mentis adulterium?

304

R. 309

Anacreontium in medicum inpotentem, qui ter viduam duxit uxorem

Post tot repleta bu⟨s⟩ta
et funerum catervas

7 mori] *Anne* mitti (*i. e. excuti*) *sive* sterni? 8 possit *vulg.*

303. supra scriptum] s̅s̅ A, *quod Riese recte interpretatus est; sed erravit tituli auctor* multas scortos A : -tas -tas *coni. Riese* 1 zelotypo* *scripsi* (-pus *Salm.*) : zelo A : zelo agitas *Riese* : zelaris *Baehrens* incursas* *scripsi* : -rbas A : Incurvus *Riese* : incurva *Baehrens* pene* *scripsi* : plune A : cl- *vulg.* 3 aptus *Salm.* : partus A 5 vacuum* *scripsi* : -uo A : -ua *Burman olim* : vana *L. Mueller* : vanum *Baehrens* inguen *idem* : oge A : orge *Heinsius* : arte *Burman* 6 ignavus *L. Mueller* : -arus A

304. anagretium in A

ac dispares maritos,
rugosa quos peremit
fatis anus sinistris, 5
tu nunc, chirurge, quartus
coniunx vocate plaudis.
sed vivus es sepultus,
dum parte qua decebat
nil contines mariti. 10
iam posco, cui videtur
nupsisse Paula rursus?
nulli. quid ergo fecit?
mutare mox lugubrem
quam sumpserat cupivit 15
uxor nefanda vestem,
ut quartus atque quintus
possit venire coniunx.

305

R. 310 *In pantomimam pygmaeam, quae Andromachae fabulam frequenter saltabat et raptum Helenae*

Andromacham atque Helenam saltat Macedonia semper,
et quibus excelso corpore forma fuit.
haec tamen aut brevior Pygmaea virgine surgit
ipsius aut quantum pes erat Andromachae.
sed putat illarum fieri se nomine talem, *p. 166*
motibus et falsis crescere membra cupit. 5

3 hac A 11 posco* *scripsi* : nosco A : agn- *Baehrens* cur *Burman* 17 quartus atque — quintus *Riese* : quarto eunte qui- *Baehrens*

305. *Habet etiam* B 6 motibus *Burman* : mont- AB

hac spe, crede, tuos incassum decipis artus:
Thersiten potius finge, quod esse soles.

306

R. 311

In ebriosum nihil comedentem sed solum bibentem

Dum bibis solus poterant quod omnes,
saepe nec totis satiaris urnis
et tibi munus Cereris resordet
ac nihil curas nisi ferre Bacchum,
Nerfa, iam te non hominem vocabo, 5
sed nimis plenam et patulam lagunam.

307

R. 312

De Fama picta in stabulo circi

Qualem te pictor stabulis formavit equorum,
talem te nostris blanda referto iugis.
semper et adsiduo vincendi munera porta
his quorum limen fortis amica sedes.

7 artus A : arte *sq. ras.* B (tuas ... artes *Baehrens*) 8 vales *Baehrens, qui etiam* potes *coni.*

306. 1 bibetsolos A poterant quod *sched.* : -amquod A : pateras quot *Petschenig* (*edd.*) 2 urnis *Baehrens* (*'quasi biberet aquam' Riese* : *at urna mensura est*) : horis A 4 curus A 6 lacunam A : lagenam *vulg. olim*

307. *Et huius et sequentis errat inscriptio; non enim Famam hic sed Victoriam poeta adloquitur** 4 sedis (*sic*) A : tenes *Meyer* (*cf. 325, 2; 345, 4*)

308

R. 313

Aliter

Verum, Fama, tibi vultum pictura notavit,
dum vivos oculos iuncea forma gerit?
tu, quamvis totum velox rapiaris in orbem,
pulchrior hoc uno limine clausa sedes.

309

R. 314

In vicinum invidum

Zeleris nimium cur mea, Marcie,
tamquam si pereas, limina, nescio,
cum sit proximior, una velut, domu⟨s⟩
et nostros paries dimidiet lares.
sed gratum ferimus: talis es omnibus, 5
ne⟨c⟩ quemquam nisi te ⟨vis⟩, miser, aspici.
contingat (quesumus, numina) quod cupis,
te solum ut videas, Marcie, dum vivis. *p. 167*

308. 1–2 *interrog. feci** 2 vivos (*i. e. quasi viventes*)] vigiles *Burman* 3 toto *ex* totū A *m. 1* 4 sedis A

309. 3 sis* *vulg.* *Post* velut *distinxi* domus *Meyer* : domu A 4 vestros* *conieci* 5 feremus A 6 ne A vis *add. Salm.* aspici] *Sc. cum admiratione* 7 quęsumus . nomina A, *corr. Meyer* 8 videas] *Tamquam Marcius sibi ipsi se unum visibilem esse voluisset, non, quod re vera cupiebat, se unum a ceteris admirantibus aspici* bibis *Salm.*

310

R. 315

In gibberosum qui se generosum iactabat

Fingis superbum quod tibi patrum genus,
nunc Iuliorum prole te satum tumens,
nunc Memmiorum Martiique Romuli,
prodesse gibbo forte quid putas tuo?
nil ista falso verba prosunt ambitu. 5
tace parentes, ne quietos moveas.
natura nobis unde sis natus docet.

311

R. 316

De eo qui se poetam dicebat quod in triviis cantaret et a pueris laudaretur

Conponis fatuis dum pueris melos,
Zenobi, et trivium carmine perstrepis,
indocta ⟨at⟩que malis verba facis modis,
credis tete aliquid laudibus indere
famamque ad teneros ducere posteros? 5
hoc nigrae faciunt semper et alites;
nil rite incipias, sibila cum canunt.

310. generosubiactabat A 4 furta *Maehly, fort. recte* 5 ambito A 6 mordeas *Baehrens* : *anne* moveris? 7 doces (*sed* s *pro* t *erasa*) A

311. cantaret *Klapp* : -etur A : -et versus (ur̄') *Baehrens* 2 trivium *sive* -via *coni. Riese* : tribio A carmina *Burman* 3 atque *Meyer* : q; A, *quod defendi potest* modis *Baehrens* : locis A : io- *L. Mueller* 6 huc A nigrae *scripsi* : nostrae A : notae *Baehrens* : rostro *Burman* 7 nih A : ni *vulg.* incipias* *scripsi* : incapies A : institues (*'i. e. eas docebis'*) *Riese* (*Baehrens*)! cum* *scripsi* : tum A : dum *Petschenig*

312

R. 317

In puellam hermaphroditam

Monstrum feminei bimembre sexus,
quam coacta virum facit libido,
quae gaudet futui furente cunno,
cur te ⟨de⟩cipit inpotens voluptas?
non des quo pateris facisque cunnum. 5
illam qua mulier probaris esse
partem cum dederis, puella tunc ⟨s⟩is.

313

R. 318

Ad eum qui per diem dormiens noctu vigilabat

Stertis anhelanti fessus quod corde, Lycaon,
exhorrens lucis munera grata Dei,
et tibi vigilias semper nox tetra ministrat, *p. 168*
iam scio te nostro vivere nolle die.

312. 1 monstrum *Salm.* : nost- A 3 quin *Baehrens* (*Riese*) gaudet* *scripsi* : -es A 4 quur A; cum *Burman* decipit *Riese* : cępit A : cepit ita *Baehrens* 5 das* *vulg., perperam* 6 quam A 7 tunc sis *Burman* : tuncis A : tunc fis *Baehrens*

313. *Habent etiam* BV noctu BV : -te A (*cf. cc. 336, 1; 353 tit.*) 1 quod corde] *Mallem* pulmone, *puncto pleno in fine v. 3 posito* 2 exhorrens V *corr.* : exorr- AV : exorent B grata *Baehrens* : parta *codd.* : sparsa *Petschenig* dei* (e *ex* i A *m. 1*) *codd.* (*cf. c. 337, 8*) : die *Petschenig* : piae *Baehrens* 3 tetra BV (*cf. cc. 345, 4; 348, 10*) : trita A : atra *coni. Riese*

aut si tale tibi studium natura paravit, 5
visas antipodas; sin venis inde, redi.

314

R. 319 *De sarcophago, ubi turpia sculpta fuerant*

Turpia tot tumulo defixit crimina Balbus,
post superos spurco Tartara more premens.
pro facinus! finita nihil modo vita retraxit.
luxuriam ad Manes moecha sepulcra gerunt.

315

R. 320 *Item unde supra scriptum: ubi equi circi bibebant*

Crevit ad ornatum stabuli circique decorem
purior egregio reddita nympha lacu,
quem cingunt variis insignia clara metallis
crispatumque super scinditur unda gradum.

5 aut AB : at (u *supra* a) V (*vulg.; sed intellegendum* : *aut si non sponte sed natura sic vivis*)*; sed fort. distingue:* aut, si ... paravit, / visas*; cf. Prop. 2, 22, 43* aut, si es dura, nega; sin es non dura, venito 6 visas *Baehrens* ('vivăs *nec apud Luxorium ferendum*') : uiuas ad A : uiad BV sin venis *scripsi* (*cf. cc. 288,1* (quamvĭs*; 331,4* possĭs) : sis uelut (-ud BV) *codd.* : sis vel ut *Petschenig* (*edd.*)

314. 4 moecha *Salm.* : mecum A ferunt *Maehly*

315. *Nugatur titulus, sive* supra scriptum (s̄s̄) *ad praecedens carmen sive, ut fecit Riese, ad cc. 307 sq. referas* 2 nimfa A : lympha *vulg. olim* lacu *scripsi* : loco A 3 quem *scripsi* : quam A 4 crispatumque (*cf. c. 372,14*) : -toque *vulg. olim* gradum *Baehrens* : -u A funditur unda vado *Maehly*

excipit hanc patuli moles miranda sepulcri, 5
corporibus vivis pocula blanda parans.
nec iam sarcophagus tristis sua funera claudit,
sed laetos dulci flumine conplet equos.
fundit aquas duro signatum marmore flumen;
falsa tamen species vera fluenta vomit. 10
plaudite vos, Musae, diversaque, plaudite, signa,
quae circi docili continet arte decor,
et dum palmiferis post proelia tanta quadrigis
garrula victores turba resolvit equos,
praebete innocuos potus fotusque salubres, 15
ut domino proprius gaudia circus agat.

316

R. 321 *In cinaedum bona sua corruptoribus dantem*

Divitias grandesque epulas et munera multa,
quod proavi atque atavi quodque reliquit avus,
des licet in cunctos et spargas, Becca, maritos, *p. 169*
plus tamen ille cupit cui dare saepe cupis.
nescio quid miserum est quod celas, Becca, †talento†; 5
vendere debueras, si bona membra dares.

7 nec iam *idem* : neclam A tristis sua *idem* : -tissima A funere A 8 letus A 10 speciesuęs. uera A 12 qua *vel* qui *Meyer* circi *scripsi* (*cf. 1*) : -cum A 13 palmigeris *Baehrens* praelia *idem* : prędmia A 15 fotusque *Mariotti*[1] : po- A (*anne* fotus potusque?) 16 domino] *Sc. regi* circus (*cf. c. 322, 8*)] currus *Baehrens* agat *Salm.* : agit A : alat *coni. Baehrens*

316. 2 relinquid A 4 cupit *Riese, olim* : capit A 5 *Post* Becca *plenius dist. vulg., sed* talento *sanum esse vix credo; pretio enim certo quid opus est, aut quid homini Afro cum talentis? Anne* lŏmento?

317

R. 322 *De eo qui uxorem suam prostare faciebat pro filiis habendis*

Stirpe negata patrium nomen
non pater audis; castus adulter
coiugis castae viscera damnas,
pariat spurios ut tibi natos,
inscia quo sint semine creti. 5
fuerant forsan ista ferenda
foeda, Proconi, vota parumper,
ille vel ipsam si tuus umquam
posset adultus dicere matrem.

318

R. 323 *De aleatore in pretio lenocinii ludente*

Ludis, nec superas, Ultor, ad aleam,
nec quicquam in tabula das nisi virginem,
spondens blanditias et coitu⟨s⟩simul.
hoc cur das aliis quod poteras tibi?
an tablae melius proelia grata sunt? 5

317. 2 castus* *Riese olim* (*et* carne *in 3*) : carus A : rarus *Klapp* : pactus *Baehrens* : pravus *coni. Riese* 3 coiugis *Klapp* : coni- A 4 spurios *Salm.* : -rcos A 5 inscia *Klapp* : -ius A : -ios *vulg. olim!* quod A 8 ille vel ipsam* *scripsi* : scire vel ipsa A : scire vel ipsam *Klapp* : *alii alia* si tuus *L. Mueller* : situs (i *supra lin.*) A 9 patrem *Baehrens*

318. 1 Ultor] *Nomen proprium agnovit Baehrens* 2 tabulam *L. Mueller* virginem *idem* : -num A 5 tablae *Schubert* (*cf. c. 187, 7 sq.*) : tabulae A : tali *L. Mueller* (*Riese*) : tantum tabulae* (*secl.* melius) *conieci* praelia* *idem* : prȩmia A

aut prodest vitium tale quod imperat?
si vincas, ego te non puto virginem
in luxum capere, sed mage vendere.

319

R. 324 *In nomen Aegyptii, quo equi circi infortunium capiebant*

Icarus et Phaëthon, Veneto nolente, vocaris,
 †atque† agilis nigro cum pede cuncta premas.
sed tamen et Phaëthon cecidit super aethera flammis,
 dum cupit insolitis nescius ire plagis.
tu quoque confectis deiectus in aequora pinnis, *p. 170* 5
 Icare, Phoebeo victus ab igne cadis.
dignis ergo tibi praebentur nomina fatis,
 per te iterum ut pereant, qui peri⟨e⟩re prius.

6 imperat *scripsi* : -as A : impetras *L. Mueller* 7 puto *Salm.* : rep- A 8 capere (*i. e. capturum esse*) *Baehrens* : cup- A sed mage vendere *Burman* : se . dinagineuindere A

319. quo ... capiebant] *Nugatoria haec* 2 atque] *Aurigae verum nomen latere puto* acilis A : Agilis *Rosenblum, nomen digno fato non praebitum* (*v.* 7) nigro *scripsi, unde* Aegyptii *in titulo* (*cf. cc.* 172. 288. 348) : pi- A (*nempe auriga, qui cunctos conculcavit, impiger esse debuit*) 5 confectis* *scripsi* : confrac- A : compac- *Klapp* deiectus* *scripsi* : defe- A aequora *Petschenig* : -re A 7 dignis (*sc. fata te digna pollicentibus*) A : -na his *Riese* digna tibi ergo tuis *Maehly* 8 periere *Salm.* : -ire A

320

R. 325

De Romulo picto ubi in muris
fratrem occidit

Disce pium facinus: percusso, Romule, fratre
sic tibi Roma datur. huius iam nomine culpet
nemo te caedis, murorum si decet omen.

321

R. 326

De eo qui amicos ad prandium clamabat
ut plura exposceret xenia

Gaudeo quod me nimis ac frequenter
ambitu pascis, Blumarit, superbo.
unde sed pascor? mea sunt per omnes
sparsa convivas bona. nec volebam
pasceres quemquam peteresque †mecum 5
ne tibi quicquam detur† unde pascas.
hoc tamen sed si vitio teneris,
me precor numquam iubeas vocari.

320. ubi] qui *coni. Riese* 2 culpet *Riese* : -pa A : -pat *Burman* 3 *Versum in se recurrere vidit Klapp*

321. 2 *et* 5 poscis (-ceres) *Baehrens* 4 sparsas A 5–6* *Corrupta haec nunc iudico. Scribi potuit* mallem, / ne tibi quisquam daret, *sed nihil certi* 7 sed si] si tu *sched.*

322

R. 327 *De auriga inflato frequenter cadente*

Pascasium aurigam populi fortasse fatentur.
ast ego non aliud quam turgida membra notavi
inflatumque caput papulis et amica ruinis
brachia, quae numquam recto moderamine frenant.
et cadit et surgit, rursum cadit, inde resurgit, 5
mox cadit, ut miseris frangantur crura caballis.
non iste humano dicatur semine natus;
hunc potius Grillum proprio vocat Africa circo.

323

R. 328 *De laude aurigae prasini*

Iectofian, prasino felix auriga colore,
priscorum conpar, ars quibus ipsa fuit, *p. 171*
suetus equos regere ⟨et⟩ metas lustrare quadrigis
et quocumque velis ducere frena manu,
non sic Tantalides humero stat victor eburno: 5
una illi palma est, at tibi multa manet.

322. auriga inflato (*cf. vv. 2 sq.*) *Burman*: aurigilato A : -ga lato *idem Burman* (*Baehrens!*) : -ga elato *Riese* 1 fortem esse *Riese* (*Baehrens*) 2 turgida *Burman* : turbida A notavi *Schubert* : -abo A 3 papulis *Doehner* : pop- A : plagis *Meyer* : pronis *et* propriis *coni. Riese* 4 quae *Duebner*: quam A 5–6 et cadit ... mox cadit *scripsi* : mox c- ... et c- A surgit *Klapp* : cadit A : scandit *Baehrens* 7 semine *Maehly*: nom- A cretus *idem* 8 grillum *Schubert* (*littera maiuscula scripsi*) : grifum A proprio *scripsi* (*cf. c. 315, 16*) : probriū (*pro* propr-, *ut solet*) A : proprium *vulg.* uocat *sched.* : uocet A (*vulg.*)

323. iectofianẗ A, *nomen ignotum* 3 et *add. sched.*

324

R. 329 *In eum qui foedas amabat*

Diligit informes et foedas Myrro p⟨u⟩ellas;
quas ⟨medio⟩ aut pulchro viderit ore, timet.
iudicium hoc quale est oculorum, Myrro, fatere,
ut tibi non placeat Poenica sed Garamas?
iam tamen agnosco cur tales quaeris amicas: 5
pulchra tibi numquam, sed dare foeda potes⟨t⟩.

325

R. 330 *De simiis canum dorso inpositis*

Reddita post longum Tyriis est mira voluptas,
quem pavet ut sedeat simia blanda canem.
†quanto† magna parant felici tempora regno,
discant ut legem pacis habere ferae!

326

R. 331 *De partu ursae*

Lambere nascentis fertur primordia prolis
ursa ferox, placido cum facit ore genus.

324. 2 medio aut* *scripsi* : alitet A : aliter *vulg.* : autem *von Winterfeld, vocabulum a Luxorio nusquam usurpatum* : suavi et *coni. Riese* viderit *Salm.* : uident A 3 fatere (*imperativus*)] -ri *Riese* (*Baehrens*) 4 Poenica *Petschenig* : pontica A 6 se dare *Burman, perperam* potest *Salm.* : -es A : solet *Baehrens* (*Riese*)

325. dorsum A 3 quantum *Meyer* : *anne* quam di?

expolit informes labris par⟨i⟩entibus artus
  et pietas subolem rursus amore creat.
attrito truncum formatur corpore pignus, 5
  ut sculpendo facit crescere membra faber.
officium natura suum permisit amanti:
  formam pos⟨t⟩ uterum lingua magistra parit.

327

R. 332

De laude horti Eugeti

Hortus, quo faciles fluunt Napaeae,
quo ludunt Dryades virente choro,
quo fovet teneras Diana nymphas, *p. 172*
quo Venus roseos recondit artus,
quo fessus teretes Cupido flammas 5
suspensis reficit liber pharetris,
quo sese Aonides ferunt puellae,
cui numquam minus est amoena frondis,
cui semper redolent amoma verni,
cui fons perspicuis tener fluentis 10
muscoso riguum parit meatu,

326. 3 parientibus *Salm.* : pare- A 6 ut *Klapp* : dum A 8 parit *Salm.* : pauit A

327. Euangeli *sched.* : Euageti *Meerman* 2 uiretque Chloris *sched., apogr. Leidensis marg.* : choro virente *Baehrens* (*cf. ad c.* *299, 4*) 3 fovet *Burman* : sobit A : fovit *Heinsius* 6 suspensus A puer *sched., apogr. Leidensis marg.* 7 quo sese Aonides *Burman* : quos elacodes (ni *supra* co *scr.*) A : quos Heliconiades *Salm.* : quo ferunt se Heliconides *L. Mueller* : *alii alia* 9 amoma *Baehrens* : amoena A 10–11 cui ... parit] *Anne* quem ... facit? 10 fros (n *supra* o *scr.*) A 11 riguum *Riese* : -uus A salit *Burman*

quo dulcis avium canor resultat,
quidquid per v⟨a⟩rias ⟨p⟩raefertur urbes,
hoc uno famulans loco subaptat.

328

R. 333 *De tablista furioso quasi tesseris imperante*

Ludit cum multis Vatanans sed ludere nescit,
et putat imperio currere puncta suo.
sed male dum numeros contraria tessera mittit,
clamat et irato pallidus ore fremit.
tum verbis manibusque furens miserandus anhelat, 5
de solitis faciens proelia magna iocis.
effundit tabulam, mensam, subsellia, pyrgum,
perditaque Harpyacis aera rapit manibus.
hic si forte unam tabulam non arte sed errans
vicerit, aut aliam, nil bene dante manu, 10
mox inflat venas et †pallida† guttura tendit
plusque furit vincens quam superatus erat.
non iam huic ludum sapientum calculus aptet
⟨qui debet potius ludere cum furiis⟩.

12 resultat *Burman* : -ans A, *quo servato lacunam statuit Baehrens* 13 varias *Salm.* (*cf. c. 371, 9*) : urias A : Tyrias *Baehrens* praefertur *scripsi* (*cf. ibid. et 331, 1*) : referret A : refertur *Salm.* (*vulg.*) 14 unus f- locus *Salm.* subaptat (*i. e. suppeditat, ut vid.*)] ministrat *Salm.*

328. 1 Vatanas *Salm.* 3 mitte A 7 mensa A 11 raucida *Baehrens* : putida *Mariotti*[1] : *anne* grandia (*cf. Claud. Carm. min. app. 2, 57*)? 13 iam non *Baehrens* (*cf. c. 333, 7*) 14 *Deest versus, quem ita supplevit Rosenblum* (*sed ille* qui possit)

329

R. 334 *De venatore picto in manibus oculos habente*

Docta manus saevis quotiens se praebuit ursis, *p. 173*
numquam fallentem tela dedere necem.
hinc etiam digitis oculos pictura locavit,
quod visum frontis provida dextra tulit.

330

R. 335 *Aliter unde supra*

Venatori oculos manibus pictura locavit
et geminum egregia lumen ab arte †manet†.
hic quocumque modo venabula fulgida pressit,
signatum veluti contulit exitium.
naturae lucem vicerunt fortia facta: 5
iam visus proprios coepit habere manus.

331

R. 336 *In aurigam effeminatum numquam vincentem*

Praecedis, Vico, nec tamen praecedis,
et, quam debueras tenere partem,
⟨h⟩ac mollis misero teneris usu.

330. 2 micat *Schubert* : nitet *coni. Riese* : *anne* viget? 3 rexit *Maehly* 4 exitium *Riese* : exidiũ A : excidium *sched.* 5 legem *Klapp*

331. 1 prȩcedis (*prius*) A* : proc- *Meyer* 3 hac *sched.* : ac A misero *Burman* : -ra A

umquam vincere possis ut quadrigis,
corruptor tibi sit retro ponendus.

332

R. 337 *De paranympho delatore, qui se ad hoc officium omnibus ingerebat*

Hermes cunctorum thalamos et vota pererrat,
omnibus ac ⟨s⟩ponsis pronubus esse cupit.
hunc quisquam ⟨si⟩ forte velit contemnere dives,
mox eius famam rodit iniqua ferens.
nec purum obsequium notis; famulatur amicis,
indicet ut potius quae videt ille nocens.
non sua sortitur te qui facit auspice vota,
sed tua, cui multum conferet ut taceas.

333

R. 338 *De funere mulieris formosae, quae litigiosa fuit*

Gorgoneos vultus habuit Catucia coniunx;
haec, dum pulchra foret, iurgia saepe dabat, *p. 174*
fecerat atque ⟨suum⟩ semper rixando maritum
esset ut infanti stultius aere tacens;

332. 3 si *add. sched.* 4 serens *Baehrens* 5 nec ... notis] *I. e. nec obsequium eius erga notos sincerum est* tutum *Baehrens* (*Riese*) votis f- amicus *Baehrens* : nuptis : f-, amicis *Riese* 6 uidit A nocens *Baehrens* : uolens (*an* no-?) A

333. 3 suum *add. sched.* rixandū mantū A 4 infanti ... aere* *scripsi* : insano ... ore A 4 *Cf. Lucian. Imag. 1* κἂν ἐκ περιωπῆς μόνον ἀπίδῃς ἐς αὐτήν, ἀχανῆ σε καὶ τῶν ἀνδριάντων ἀκινητότερον ἀποφανεῖ. iste timore *Baehrens*

et quotiens illam trepido cernebat amore, 5
haerebat, tamquam vera Medusa foret.
defuncta est tandem haec iurgia ferre per umbras
iamque ipsam mutam reddere Persephonem.

334

R. 339 *De duobus qui se conpedibus quibus vincti erant ceciderunt*

Conpedibus nexi quidam duo forte sedebant
criminis ob causam carceris ante fores.
hi secum subitae moverunt iurgia rixae;
ebrietatis opus gessit iniqua fames.
nec caedem pugnis aut calcibus egit uterque: 5
vincla illis telum, vincla fuere manus.
nemo truces posthac debet pavitare catenas,
si reus e poenis ingerit arma suis.

335

R. 340 *De causidico turpi, qui concubam suam Charitem vocabat*

Esset causidici si par facundia nervo,
implere⟨t⟩ cuncti viscera negotii.
et tamen invigilat chartis, quae crimina pandunt,
⟨invigilatque suae non minus et Chariti.

6 horrebat *Maehly* (*Riese*), *male* 8 iamque ipsam mutam* *scripsi* : cumq; ipsalitē A Persephonem* *scripsi* (-one *Heinsius*) : persenecem A

334. 5 eregit A 7 debit A 8 invenit *coni. Riese*

335. 3 et* *scripsi* : ut A : at *sched.* (*vulg.*) 4 chartis (*i. e.* ca-)* *scripsi* : causis A 4–5* *Lacunam agnovi et exempli causa supplevi*

huic nullum potuit tamen aptius indere nomen:⟩ 5
cum Veneris famula iure Priapus agit.

336

R. 341 *In ministrum regis, qui alienas facultates vi extorquebat*

Bella die noctuque suis facit Eutychus armis,
divitias cunctis e domibus rapiens.
huic si forte aliquis nolit dare sive repugnet,
vim facit et clamat 'regis habenda' nimis.
quid gravius hostis, fur aut latrunculus implet, 5
talia si †dominus atque† minister agit?

337

R. 342 *De eodem aliter* *p. 175*

Cum famulis telisque furens penetralia cuncta
Eutychus inrumpit divitiasque rapit.
hunc nullus vocet ire parens, non forsan amicus;
deterior precibus redditus ille manet.

6 cum Veneris famula *Klapp* : dumu- fabulā A

336. 1 nocteq; A 3 sive *Salm.* : sibiue A 4 rege iubente rapi *coni. Baehrens* nimis] minis *Salm.* 6 si *idem* : sic A dominus . adq; A, *corrupta, ut opinor; rege enim ipso accusando ministri culpam adlevet* : *anne* domini iure?

337. 3 vocet *scripsi* : vetat A (*cf. Riese* : *'quamvis in v. 3 abire iussus'; immo monet poeta ne quis E. abire iubeat*) : facit *olim conieci*

quae sunt ergo manus aut ferrea tela ferenda, 5
quisve aries talem quodve repellat opus?
huic si nemo po⟨t⟩est ullas opponere vires,
obvia sint illi fulmina sola Dei.

338

R. 343 *In eum qui, ut senior dici nollet, multas sibi concubas faciebat [et ⟨h⟩orrebat senex vocari]*

Accusas proprios cur longo ex tempore canos,
cum sis phoenicis grandior a senio,
et, quotiens tardam quaeris celare senectam,
paelicibus multis te facis esse virum?
incassum reparare putas hac fraude iuventam. 5
harum luxus agit sis gravis ut senior.

339

R. 344 *Item in supra scriptum, quod se mori numquam diceret*

Quantum tres Priami potuissent vivere mundo
aut quantum cornix atque elephans superest,
tantam dum numeres longaeva aetate senectam,
te numquam firmas Tartara posse pati,

338. cum *Baehrens* (*Riese* : *sed* ut *vim habet causalem*) et ... vocari *del. Riese olim* : (h)orrebat s- v- *del., post* et *lacunam statuit Riese* 2 a senio] *I.e. quam senium* 6 gravis *amphiboliam habet** ut *L. Mueller* : aut A senio *Baehrens*

339. in supra *Riese* : is̄s̄ A : ut supra *vulg. olim* 3 cum *coni. Riese* 4 firmas *Salm.* : for- A

et credis Lachesim numquam tua rumpere fata 5
aeternoque putas stamine fila trahi.
quamvis tarda, tibi veniet mors ultima tandem,
cum magis oblitus coeperis esse tui.
nam poena est potius morbis producere vitam;
quod non semper eris, tri⟨s⟩tius esse diu est. 10

340

R. 345 *Epitaphion de filia Oageis infantula*

Heu dolor! est magnis semper mors invida fatis, *p. 176*
quae teneros artus inimico sidere mergit.
Damira hic tumulo regalis clauditur infans,
cui vita innocua est quarto dirupta sub anno.
quam facile offuscant iucundum tristia lumen! 5
nemo rosam albentem, fuerit nisi quae bona, carpit.
Haec parvam aetatem cuncta cum laude ferebat.
grata nimis specie, verecundo garrula vultu,
naturae ingenio modicos superaverat annos.
dulce loquebatur, quidquid praesumpserat ore, 10
linguaque diversum fundebat mellea murmur,
tamquam avium vernare solet per tempea cantus.
Huius puram animam stellantis regia caeli
possidet et iustis inter videt esse catervis.
at pater Oageis, Libyam dum protegit armis, 15
audivit subito defunctam funere natam.

6 stamina A 10 eris *scripsi* : habes A *Aenigma praebent vulg.*, quod non semper habes, tristius, esse diu, est

340. 1 est *Riese* : et A : ut *Baehrens* : it *possis* 3 hoc *sched.* (*edd.*) 12 verna (-ni* *conieci*) resonat *Klapp* : -na ire solet *Baehrens* tempea *Ziehen* : -pora A

nuntius hic gravior cunctis fuit hostibus illi,
ipsaque sub tali flevit Victoria casu.

341

R. 346 *De amphitheatro in villa vicina mari fabricato*

Amphitheatrales mirantur rura triumphos
et nemus ignotas cernit adesse feras.
spectat arando novos agrestis turba labores
nautaque de pelago gaudia mixta videt.
fecundus nil perdit ager, plus germina crescunt, 5
dum metuunt omnes hic sua fata ferae.

342

R. 347 *De sigillo Cupidinis aquas fundentis*

Igne salutifero Veneris puer omnia flammans
pro facibus proprias arte ministrat aquas.

341. *Cc. 341–344 habuit S, Petronio dedit Binetus* De amphiteatro uicino mari S, *rell. omissis* 2 nemus] Thetis *coni. Baehrens* ignotas *Burman* : igneas A : insignes S 3 laborē A 4 mixta A : iuxta S : iusta *Pithoeus* 6 mętunt A sontes *Baehrens*

342. 2 proprias (probr- A, *ut solet*) AS : properas *vel* promptas *Heinsius* : propriis *Meyer*

343

R. 348

De Neptuno in marmoreo alveo aquas fundente

Quam melior, Neptune, tuo sors ista tridenti est! *p. 177*
post pelagus dulces hic tibi dantur aquae.

344

R. 349

De puteo cavato in monte arido

Quis hunc non credat ipsis dare Syrtibus amnes,
qui dedit ignotas viscere montis aquas?

345

R. 350

De aquis calidis Cirnensibus

Ardua montanos inter splendentia lucos
culmina et indigenis nunc metuenda feris,
quo deserta prius solum nemus atra tenebat
tetraque inaccessam sederat umbra viam,

343. in marmoreo alveo *Baehrens* (*Riese*) : in marmore calido A : marmoreo alueo S : in marmore, calidas (*Salm.*) *Riese olim* 1 tuos A tridentiest A : tridente S : -nte est *vulg.*

344. De puteo excauato in montis iugo S 1 quis hunc A : h- q- S 2 viscere (*dat.?*)] -ri A : uisere S

345. Cirnensibus *Meerman* : cern- A 3 quo (= *ubi*) A : qua *Heinsius* : quae *Klapp* : cum *Riese* solonemos A atra *Maehly* : tutra A : acra *Baehrens* : alta *Riese, olim* : antra *Heinsius* tenebant *idem* 4 fecerat *Burman* (*cf. ad c. 307, 4*) viam *idem* : uem A

qua vos laude canam quantoque in carmine tollam, 5
in quibus extructa est atque locata salus?
haec etiam ignotus tepet ad praetoria fervor,
plenior et calidas terra ministrat aquas.
[quis sterilem non credat humum? fumantia vernant
pascua, luxuriat gramine cocta silex.] 10
innocuos fotus membris parat intima tellus
naturamque pio temperat igne calor.
[et cum sic rigidae cautes fervore liquescant,
contemptis audax ignibus herba viret.]

346

R. 351 *De sententiis septem philosophorum distichi*

Solon praecipuus, fertur qui natus Athenis,
finem prolixae dixit te cernere vitae.

Chilon, quem patria egregium Lacedaemona misit,
hoc prudenter ait, te ipsum ut cognoscere possis.

Ex Mitylenaeis fuerat qui Pittacus oris, 5
te, ne quid nimis ut cupias, exquirere dixit.

Thales ingenio sapiens Milesius acri
errorem in terris firmat non caelitus esse.

Inde Prienaea Bias tellure creatus *p. 178*
plures esse malos divina voce probavit. 10

5 quas A 6 extruco (u *ex* o) A, *corr. Heinsius* 7 haec *Oudendorp* : hic A (*edd.*) ignotastupet A : ignitus tepet *Froehner* (*Riese*) 8 et *Burman* : ex A *Vv. 9. 10. 13. 14 = Claud. Carm. min. 26, 19–22 hic damnavit Heinsius*

346. *Habet etiam* C *duobus exemplis* distichi *om.* C 1 praecipuus C : -puis A 2 te A : se C 3 cilon A : c(h)ilo C patri . eteg- A 4 cognucere A 6 tu ne *Burman post* exquirere *distinguens*

Urbe Periander genitum cui fama Corintho est
omnia constituit tecum ut meditando revolvas.

Cleobolus, proprium clamat quem Lindia civem,
omne, inquit, magnum est quod mensura optima librat.

347

R. 352 *De Ianuario mense*

Lucifer annorum et saeclis sol, Iane, secundus,
⟨principium faciens omnia qui renovas⟩,
it rota certa tui circum sine fine laboris,
itque reditque tibi quidquid in orbe venit.
omnia perpetuis praecedis frontibus ora; 5
quae necdum veniunt quaeve fuere vides.

348

R. 353 *De Olympio venatore Aegyptio*

Grata voluptatis species et causa favoris,
fortior innumeris, venator Olympie, palmis,

11 periander C[2] : -dres AC[1] genitum (*sc. eum esse*) *scripsi* : -us AC 12 meditanda C[2] 13 Cleubulus *L. Mueller* lindia C[2] : lidia AC[1] ciuem C[1] : cidem C[2] : cepem A

347. *Immo* De Iano; *vide Mariotti*[2] 1 seclis A (*cf. Mart. 8, 1 sq.*) : caeli *Maehly* : saecli *coni. Riese* saeclis, Sol *plerique, corr. Mariotti*[2] Iane *Heinsius* : lane A 'secundus est i. q. favens' *Mariotti*[2] 2 *Versum exempli causa ita supplevit Rosenblum* (*sed* tu *pro* qui) 3 it ... circum *Klapp* : tu ... tę . cum A ('tu *et* tecum *invicem iungenda, ut duplex Iani vultus indicetur' Mariotti*[2]) : est ... tecum *Riese* 5 *Num* dividuis? 6 demum *Buecheler* veniunt *scripsi* : -ient A

348. 2 pōtior *coni. Riese* (*cf. c. 379, 1 et ad 354, 1*)

tu verum nomen membrorum robore signas,
Alcides collo, scapulis, cervice, lacertis,
admirande, audax, velox, animose, parate. 5
nil tibi forma nocet nigro fu⟨s⟩cata colore.
sic ebenum †pretiosasve† natura creavit,
purpura sic †magno† depressa in murice fulget.
sic nigrae violae per mollia gramina vernant,
sic tetras quaedam commendat gratia gemmas, 10
sic placet obscuros elephans inmanis ob artus,
sic turis piperisque Indi nigredo placessit.
postremum tantum populi pulchrescis amore
foedior est quantum pulcher sine viribus alter.

349

R. 354 *In epitaphion supra scripti Olympii*

Venator iucunde nimis atque arte ferarum *p. 179*
saepe potens, agilis, gratus, fortissimus, audax,
qui puer, ad iuvenes dum non advixeris annos,
omnia maturo conplebas facta labore,
qui, licet ex propria ⟨populis⟩ bene laude placeres, 5

3 verum *Klapp* : uero A 5 admirandi A 6 nihil A fuscata *L. Mueller* : fugata A : fucata *sched.* 7 pręciosas.uenatura A : pretiosum atrum natura *Baehrens* (*Riese*) : pretiosa Sabae n- *Petschenig* : pretiosa Asiae n- *Mariotti*[1] : *anne* pretio magno n- ? 8 nigro *Haupt* : caeco *coni. Riese* deprensa *Schubert* 9 gramina *Salm.* : grauia A 11 ob *Baehrens* : an A : in *vulg. olim* : ad *Riese* 13 tantum *scripsi* : -to A pulcresis A 14 *Anne* quanto?

349. 1 arti A : apte *L. Mueller* 2 potens* *scripsi* : placens A 3 advixeris *Klapp* : adunx- A 5 populis *om.* A, *add. in marg. manus saec. fere XII* *Post 4, 6, 8 levius distinxi, plenis punctibus vulg.**

praestabas aliis ut tecum vincere possent,
tantaque mirandae fuerant tibi praemia formae
ut te post fatum timeant laudentque sodales:
heu nunc tam subito mortis livore peremptum
iste capit tumulus, quem non Carthaginis arces 10
amphitheatrali potuerunt ferre triumpho!
sed nihil ad Manes hoc funere perdis acerbo.
vivet fama tui post te longaeva decoris
atque tuum nomen semper Carthago loquetur.

350

R. 355

De Chimaera aënea

Aeris fulgid⟨ul⟩i nitens metallo
ignes pertulit ante quos vomebat
et facta est melior Chimaera flammis.

351

R. 356

De statua Veneris in cuius capite violae sunt natae

Cypris candidulo reddita marmore
veram se exanimi corpore praebuit.

7 tibi] *Anne* cui? 8 laudentque *Salm.* : -esq; A 13 vivet *L. Mueller* : uiuit A

350. 1 fulgiduli *Burman* : -idi A 2 ante *idem* : artes A vomebat *Maehly* : moue- A

351. 1 candidulo *Salm.* (*cf. c. 350, 1*) : candenti A : de gelido *Maehly, bene, quod ad sensum attinet* : tam tereti *Baehrens* 2 exanimi *scripsi* : -mis A

infudit propriis membra coloribus,
per florem in statua viveret ut sua.
nec mendax iocus est: 'quae violas foris, 5
servabit famulas inguinibus rosas.'

352

R. 357

In caecum, qui pulchras mulieres tactu noscebat

Lucis egenus, viduae frontis,
iter amittens, caecus amator
corpora tactu mollia palpat
et muliebres iudicat artus, *p. 180*
nivei cui sit forma decoris. 5
credo quod ille nolit habere
oculos, per quos cernere possit,
cui det plures docta libido.

353

R. 358

In philosophum hirsutum, nocte tantum cum puellis concumbentem

Hispidus tota facie atque membris,
crine non tonso capitis verendi,

3 *I. e. membra suis floribus natis coloravit* caloribus *L. Mueller* (*edd.*) 4 statua ... sua *coni. Riese* : -ā ... suā A 5 iocus *scripsi* : lo- A quae *scripsi* : qui A violas *Salm* : -le A foris (*cf. ThLL VI 1044, 35*) *scripsi* : forent A : ferat *Salm.* : feret *Riese* : fovet *Maehly*

352. 6 illos *Meyer* (*cf. c. 317, 6*) 7 posset A 8 cui] *Pro monosyllabo vocali correpta vix habendum; vide Mueller, De re metrica, 319* det *Baehrens* : dedit A

omnibus clares Stoicus magister.
de viris te unum simulas mode⟨s⟩tum
nec die quaeris coitum patrare, 5
ne capi possis lateasque semper.
fervidus sed cum petulante lumbo
nocte formosas subigis puellas,
incubus fies subito per actus,
qui Cato dudum fueras per artes. 10

354

R. 359

De catula sua brevissima, ad domini sui nutum currente

Forma meae catulae brevis ⟨est⟩ sed amabilis inde,
hanc totam ut possit concava ferre manus.
ad domini vocem famulans et garrula currit,
humanis tamquam motibus exiliens.
nec monstrosum aliquid membris gerit illa decoris: 5
omnibus exiguo corpore visa placet.
mollior huic cibus est somnusque in stramine molli;
muribus infensa est, saevior atque catus.

353. 4 de A (*Baehrens*) : te *vulg.* te unum *Baehrens* : tantum A 6 nec A 8 *Post* puellas *plenius dist. vulg.* 9 actus *Burman* : actū A 10 artes (*i. e. studia*) *Burman* : artus A : actus *sched.* : astus *Baehrens*

354. currente *Burman* : cañentē A : ganniente *Traube* 1 breuis est *sched.* : b- A : *anne* brevior? (*cf. 7 et cc. 348, 2; 359, 1; 364, 2; 370, 2; 379, 1*) 3 vocem] nutum *legisse videtur is qui titulum scripsit* 4 montib; A 8 catus *Baehrens* : cattis A : catis *vulg.*

vincit membra ⟨n⟩imis latratu parvula torvo;
  si natura dare⟨t⟩, posset ab arte loqui. 10

355

R. 360

De pardis mansuetis qui cum canibus venationem faciebant

Cessit Lyaei sacra fama numinis, *p. 181*
lynces ab oris qui subegit Indicis.
curru paventes duxit ille bestias
mero gravatas ac minari nescias
et quas domarent vincla, coetu garrulo. 5
sed mira nostri fama constat saeculi,
pardos feroces, saeviore⟨s⟩ tigribus,
praedam sagaci nare mites quaerere
canum inter agmen et famem doctos pati,
quidquid capessant, ore ferre baiulo. 10
o qui magister terror est mortalium,
diros ferarum qui retundit impetus,
morsum repertis ut cibis non audeant!

9 nimis *Meyer* : imis A : animis *Duebner* : levis *Riese, olim* parvola *Rosenblum* : forcia A : fortia *vulg.* : tenvia *coni. Baehrens* torvo *Duebner* : turba A 10 posset *ex* -sit (?) A *m. 1*

355. uenatione faciebat A 1 numinis *Schubert* : nom- A 4 ac minari *Meyer* : agm- A 5 domaret A *Post* vincla *distinxi* coetu] *Sc. Bacchi comitum; cf. Ov. Met. 4, 25 sqq.* 6 fama *Meyer* : forma A (*edd.*) 8 qui prędam A, *corr. Burman* 10 capessant *scripsi* : -sent A : -sunt *vulg.* 11 qui *Klapp* : quod A : quot *Roensch* : quam *vel* quis *Meyer* 13 morsum *Klapp* : -u A ut *Burman* (morsu repertos ut cibos non adpetant) : et A

356

R. 361

In psaltriam foedam

Cum saltas misero, Gattula, corpore
nec cuiquam libitum est, horrida, quod facis,
†insanam† potius te probo psaltriam,
quae foedam faciem motibus ingravas
et, dum displice⟨a⟩s, quosque patras iocos. 5
credis quod populo⟨s⟩ cymbala mulceant?
nemo iudicium tale animi gerit
pro te ut non etiam gaudia deserat.

357

R. 362

Item de ea, quod ut amaretur praemia promittebat

Quid facis ut pretium promittens, Gattula, ameris?
da pretium ne te oderis ipsa simul!
praemia cur perdis? cur spondes munera tantis?
accipe tu pretium ne mihi dona feras!
non est tam petulans pariterque insanus amat⟨or⟩ 5
qui te non credat prodigiale malum.

356. 2 libitum *Burman* : libido A 3 insanum (*vel* -ne)* *conieci* 4 faciem . quę A ingraves* *edd.* 5 patras* *scripsi* : feras A 6 populos *Riese* : -lo A : -lum *sched.* 7 talem A 8 ut non*] non *Burman* : ut nota *Baehrens* deserat *Maehly* : -ant A

357. 1 qui *Riese, in addendis* (*vol. II*) *retractum* ameris *Salm.* : amens A 2 *I. e. si, ne ipsa te oderis* (*quod profecto facis*), *pecuniam tibi ipsi dares, nihilo stultius ageres* te viderit ille *L. Mueller* 3 spondis A tanta *Riese olim* 5 amat A, *corr. Salm.*

sed si forte aliquis moechus surrexit ab umbris, *p. 182*
cui talis placeas, huic tua dona dato.

358

R. 363

In ebriosam et satis meientem

Quod bibis ⟨et⟩ totum demittis ab inguine Bacchum,
pars tibi superior debuit esse femur.
potare et recto poteris, Follonia, vultu,
si parte horridius inferiore bibas.

359

R. 364

In mulierem pulchram castitati studentem

Pulchrior et nivei cum sit tibi forma coloris,
cuncta pudicitiae iura tenere cupis.
mirandum est quali naturam laude gubernes,
moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.
te neque coniugii libet excepisse levamen 5
saepius et iactas nolle videre mares.
haec tamen est animo quamvis exosa voluptas,
numquid non mulier conparis esse potes?

7 surrexit ab] *Anne* surrexerit?

358. ebriosas A 1 et *add. Salm.* demittis *Burman* : dim- A 3 potare et* *scripsi* (-are ast *Burman*) : -aris A : -abis *Riese* (*Baehrens*) recto (poteris, Follonia!) *edd.* vultu* *scripsi* : baccho A

359. *Habet etiam* S Item *inscr.* S castitatis A 3 lege *Pithoeus* 4 corpore cypris eas S (cypris eas *m. rec. in marg.* A) : corporeseas (i *supra priorem* e *scr.*) A 5 ligamen *coni. Baehrens, fort. recte* 6 et iactas* *scripsi* : exoptans AS : -as *Burman* (*vulg.*) 8 conparis* (*ambigue dictum*)] con p- A : cum p- S

360

R. 365 *De eo qui cum Burdo diceretur filiae suae Passiphaae nomen inposuit*

Disciplinarum esse hominem risusque capacem,
quod nulli est pecudis, dixit Aristoteles.
sed ⟨cum⟩ Burdo homo sit, versum est sophismate verum;
nam et ridere solet nec ratione viget.
surrexit duplex nostro sub tempore monstrum, 5
quod pater est burdo Passiphaëque redit.

361

R. 366 *De laude rosae centumfoliae*

Hanc, puto, de proprio tinxit Sol aureus ortu
aut unum ex radiis maluit esse suis.
sed si centum ⟨cum⟩ foliis rosa Cypridos extat,
fluxit in hanc omni sanguine tota Venus.
haec florum sidus, haec Lucifer almus in agris, *p. 183* 5
huic odor et color est dignus honore poli.

360. *In tertio disticho falsus est qui titulum scripsit** 2 est pecudis *Baehrens* : es pecodus A : est pecudi *Salm.* 3 cum *add. Salm.* uerus A 4 nec* *Baehrens* : uel A : et *Meyer*

361. 1 ortu *Salm.* : orto A : horto *coni. Riese* 2 unam A 3 centum cum* *scripsi* : etiã centu A : centum etiam *sched.* 4 hanc *Meyer* : hac A omni *Boissonade* : -is A 5 almũ A

362

R. 367 *De statua Hectoris in Ilio quae videt Achillem et sudat*

Ilion in medium Pario de marmore facti
stant contra Phrygius Hector vel Graius Achilles.
Priamidae statuam sed verus sudor inundat
et falsum fictus Hector formidat Achillem.
nescio quid mirum ⟨est⟩: cesserunt Tartara caelo; 5
credo quod aut superis animas post funera reddunt
aut ars mira potest legem mutare barathri.
sed si horum nihil est, certus stat marmore Hector
testaturque suam viva formidine mortem.

363

R. 368 *De muliere Marina vocabulo*

Quidam concubitu futuit fervente Marinam.
  fluctibus in salsis fecit adulterium.
non hic culpandus, potius sed laude ferendus,
  qui memor est Veneris, quod mare nata foret.

362. 3 Priamidae *Petschenig* : -mites A : -midis *Salm.* 5 est *addidi, idem distinxi** cesserunt *Klapp* : ges- A caelo *idem* : sello A : saeclo *Salm.* (*edd.*) 6 superi animas* *Riese* : a- superi *L. Mueller* 8 certus (*i. e. manifestus*) A : -te *Baehrens* (*Riese*) exstat *Riese* marmore Hector *Baehrens* : -reslectos A : -ris Hector *Salm.*

363. 1 concubito A *Anne* futuens? 2 in salsis *Salm.* : insul- A

364

R. 369 *De horto domni Oageis, ubi omnes herbae medicinales plantatae sunt*

Constructas inter moles parietibus altis
hortus amoenus inest aptior et domino.
hic vario f⟨r⟩ondes vitales semine crescunt,
in quibus est Genio praemedicante salus.
nil Phoebi Asclepique tenet doctrina parandum: 5
omnibus hinc morbis cura sequenda placet.
iam puto quod caeli locus est ubi numina regnant,
cum datur his herbis vincere mortis opes.

365

R. 370 *De pica quae humanas voces imitabatur*

Pica hominum voces cuncta ante animalia monstrat
et docto ⟨ex⟩ternum perstrepit ore melos, *p. 184*
nec nunc oblita est, quidnam prius esset in orbe.
aut haec Picus erat aut homo rursus inest.

364. orto *et* ortus *in v. 2* A 3 vario *Riese* : -ios A : -iae *vulg. olim* vitales *Riese* : -li A 5 tenet] *'I. e. retinet, non permittit' Riese, sed recte Rosenblum* : *'contains no recipe that has to be obtained from the outside'* 6 secunda patet *L. Mueller, fort. recte* 7 caeli locus *Meyer* : cęlicolus (o *ex* u) A regnat A opes *scripsi* : onus A : opus *L. Mueller*

365. 1 ante *Klapp* : q; A 2 docto *Burman* : -tas A externum *Riese* : ter- A : tenerum *L. Mueller*

366

R. 371 *De rustica in disco facta, quae spinam tollit de planta Satyri*

Cauta nimis spinam Satyri pede rustica tollit,
luminibus certis vulneris alta notans.
illum panduri solatur voce Cupido,
inridens †pariete teste gemere† virum.
nil falsum credas artem lusisse figuris: 5
viva minus speciem reddere membra solent.

367

R. 372 *De colocasia herba in tecto pullulante*

Nilus quam riguis parit fluentis
extendens colocas⟨ia ampl⟩iores
ramos, per spatium virens amoenum,
haec nostris laribus creata frondet.
naturam famulans opaca vertit, 5
plus tecto ut vigeat solet quam horto.

366. saturi A 1 spina saturi A 3 illam *Burman* (*edd.*), *quod recte reiecit Rosenblum* pandurii (*sic;* -r(a)e *coni. Riese*) solatur *Burman* : -dorii . soletur A 4 *Fort.* tali teste gemēre* : parili t- carere *Burman* (*edd.*) : tali vulnere flere *Rosenblum* : pariter (*hoc iam alii*) triste gemēre *Tandoi* 5 figuris *Burman* : -ras A 6 solet A

367. pullulante *coni. Riese* : popu- A 1 quam *Burman* : quod A 2 colocas eorum A, *corr. idem* 4 frondit A 5 opella *Riese* 6 orto A : in horto *Burman*

368

R. 373 *De eo qui podium amphitheatri saliebat*

Amphitheatralem podium transcendere saltu
velocem audivi iuvenem, nec credere quivi
hunc hominem, potius sed avem, si talia certa.
sed posui huic, fateor, me Dorica vina daturum
conspicere ut possem tanti nova facta laboris. 5
aspexi victusque dedi promissa petenti
atque meo gravior levis extitit ille periclo.
non iam mirabor sumptis te, Daedale, pinnis
isse per aetherios natura errante meatus:
hunc magis obstipui, coram qui plebe vidente 10
corpore, non pinnis, fastigia summa volavit. *p. 185*

369

R. 374 *De Diogene picto, ubi lascivienti menetrix barbam evellit et Cupido mingit in codice eius*

Diogenem meretrix derisum Laida monstrat
barbatamque comam frangit amica Venus.

368. transiliebat *Klapp* 3 podiū A certa *Klapp* : geret A gerat *sched.* : gessit *Riese* : vera *L. Mueller* : quiret *Traube* 4 sed] et *Riese* (*Baehrens*) 5 possem *Meyer* : -sim A 6 aspexit A 7 gravior] *Sc. vino* periclo] *Quasi pro* sumptu 8 mirabor A, *quod recte defendit Rosenblum* : -bar *edd.* 10 vidente *scripsi* : (*cf. c. 383, 1*) -ti A 11 non *Salm.* : cum A : ceu *Baehrens*

369. menetrix *Baehrens* (*cf. Nonius, Lindsay 684*) : -is A : meretrix *Salm.* vellit *vulg. olim* mingit *Salm.* : -genti A podice *idem* (*vulg.*); *sed tituli auctor* artis opus (6) *pro libro accepit, ut monuit Stowasser et denuo Happ* (*Gnomon 34* [*1962*], *699*) 1 diogene A densū A 2 *Venus ei propitia* (*cf. Prop. 2, 21, 2*) *sapientiam discutit*

nec virtus animi nec castae semita vitae
philosophum revocat turpiter esse virum.
hoc agit infelix alios quo saepe notavit; 5
quodque nimis miserum est, mingitur artis honos.

370

R. 375

De catto qui, cum soricem maiorem devorasset a⟨po⟩plexiam passus occubuit

Inmensi soricis cattus dum membra vorasset,
deliciis periit crudior ille suis.
pertulit adsuetae damnum per viscera praedae;
per vitam moriens concipit ore necem.

371

FLORENTINI

R. 376
B. IV 426

In laudem regis

Regia festa canam sollemnibus annua votis.
Imperiale decus Thrasamundi gloria mundi,
regnantis Libyae. toto sic clarior orbe

4 fortiter *Klapp* 5 quod saepe vocavit A, *corr. L. Mueller* 6 mingitur] *I. e. mingendo perit; nam artis* (*i. e. philosophiae*) *honorem scortando perdit Diogenes* artis honos *scripsi* : a- opus A : arte sophus *Klapp* : archisophus (-ofus) *Froehner* (*Riese*) : inter opus *Baehrens* *Titulo nihil tribuendum; neque enim ita mingi homines sive res dicuntur sed commingi, ut conspui vel concacari*

370. gatto A *et* gattus *in v. 1.* aplescia A 4 pro vita *vel* et vivam* *conieci* necem *Salm.* : nece A

371. hi sunt uersus a florentino in laudē regis facto (-ti *Salm.*) A 3 sic *Baehrens* : sed A

sol radiante micans cunctis super eminet astris.
in quo concordant pietas, prudentia, mores, 5
virtus, forma, decus, animus cultusque virilis,
invigilans nimium sollers super omnia sensus.
Sed quid plura moror? vel quo me ad devia ducam?
solus habet toto quidquid praefertur in orbe.
Parthia quot radiat sublimibus ardua gemmis, 10
Lydia Pactoli rutilas quot sulcat ⟨h⟩arenas,
vellera quot Seres tingunt variata colore,
regnantum meritis pretioso praemia dantes
tegmine, quot fulgent admisto murice vestes, *p. 186*
Africa quot fundi⟨t⟩ fructus splendentis olivae, 15
et si quae tel⟨l⟩us gignit laudata per orbem
in regnis venere tuis, cui maximus auctor
contulit et soli tribuit haec cuncta potiri.
Te regnante diu fulgent Carthaginis arces,
filia quam sequitur Alianas inpare gressu, 20
nec meriti⟨s⟩ nec honore minor, cui plurimus ardens
regnantis increvit amor, quam surgere fecit
dilectisque locis claram ⟨et⟩ vitalibus auris,
quae meruit gressum meriti sufferre regentis.
hinc freta marmoreo resonant sub gurgite ponti, 25

4 sol *idem* : sed A superemint *sched.* 6 formā A cultusque* *scripsi* : sensus- A 7 nimium *scripsi* : animo A sensus] mens est *coni. Riese* 8 moror *Salm.* : miror A *Hunc versum post 18 ponendum esse coni. Riese* 10–12 quot *quater Petschenig* : quod A 12 quo *Cuperus* 14 tecmine A (*cf. c. 386, 3*) : stamine *Baehrens, coll. Claud. Eutr. 1, 304*) quo (*sc. colore?*) *Meyer* (*edd.*) 15 quos *Burman* olivae *Petschenig* : -ui A 16 quae *Meyer* : quid A (*edd., qui Delon vel Palaestinam significari fingunt*) 17 tuis *sched.* : suis A 20 inpari A 21 meritis *Burman* : -ti A : -to *Salm.* 23 delectisque *Riese* et *add. idem* 24 gressum meriti *Baehrens* : celsū . meritis A regentem *Riese* 25 iurgite A

hinc telluris opes viridanti cespite surgunt,
ut maris et terrae dominus splendore fruatur.
Nam Carthago suam retinet per culmina laudem,
Carthago [in] regem; vi⟨c⟩trix Carthago triumphat,
Carthago Asdingis genetrix; Carthago coruscat, 30
Carthago, excellens Libyas Carthago per ora⟨s⟩;
Carthago studiis, Carthago ornata magistris;
Carthago populis pollet, Carthago refulget,
Carthago in domibus, Carthago in moenibus ampla,
Carthago et dulcis, Carthago et nectare suavis, 35
Carthago florens, Thrasamundi nomine regnans.
cuius ut imperium mane⟨a⟩t per saecula felix,
optamus domino multos celebrare per annos
annua, dum repetit fulgentia gaudia regni.

372

R. 377
B. IV 427

Versus balnearum

In parvo magnas fecit manus, ardua, baias.
culmina distendit niveis suspensa columnis,
curvavit cameras vario pro ⟨s⟩chemate conchis. *p. 187*
marmora resplendent solida conpage decora,

26 cespite *Baehrens* : cortice A : vert- *Riese* 29 in *seclusi* in rege *sched.* (*vide Timpanaro 618 sqq.*) : regimen *Riese* (*om.* in) 33 pollit A 36 florens ... regnans *coni. Baehrens, accepit Riese* : -es ... -as A 37 ut *Cuperus* : et A maneat *Salm.*

372. uersus uualnearum A 1 *Sic distinxi,* ardua *pro* opus arduum *accipiens. Sed fort.* faciens *pro* fecit *legendum?* ardua] *'Vix sanum; fortasse nomen proprium latet' Baehrens* Baias *vulg.* 3 cameras ... conchis *scripsi* : -ris ... -cas A pro schemate *Salm.* : pero cem- A 4 solida *idem* : -ita A

unitum mentita ⟨simul⟩ decus arte magistri. 5
murmure raucisono fornacibus aestuat ardor;
in flammis dominantur aquae, furit ignis in undis.
stat ⟨t⟩utus lautor multo circumdatus igne
innocuas inter flammas (mirabile dictu),
ignibus ut possit fervores vincere solis. 10
inde petit latices glaciali fonte fluentes.
hinc calor, inde nives repara⟨nt⟩ per membra salutem.
discurrunt nymphae, piscinas flumina replent.
vitrea crispatur labris refluentibus unda.
hae⟨c⟩ tibi sunt monumenta. tibi natisque manebunt 15
et decora⟨bi⟩t avus claros per saecla nepotes;
tu tamen excelsus per tempora longa fruaris.

373

CALBULI GRAMMATICI

R. 378
B. IV 428

Versus fontis

A parte episcopi

Crede prius veniens Christi te fonte renasci:
sic poteris mundus regna videre dei.

5 mentita *Scriverius* : mentet A : que nitet *Riese* simul *addidi* arte *scripsi* : sartur A : sunt arte *Baehrens* : sarsura *Scriverius* : et (*Ziehen*) sartura *Riese* 6 extuat A 7 in undis *scripsi* : amoenus A : anhelus *Riese* 8 stat tutus *Burman* : statutus A 9 ducto A 11 latices *ex* -cis A fluentis A (*edd.*) 12 *post 14 transp. Baehrens* 13 decurrunt *Schrader* 14 unda *idem* : umbra A 15 tibi sunt *vulg. olim* : tibis A : artis *Baehrens* : laudis *Riese* monumenti A 16 decorabit (*anne* -bis?) avus *Riese* : -ratama A : -ra alta manent *Baehrens*

373. hic sunt uersus fontis facti a calbulo gramatico a parte episcopi A 1 χρ̄ī A 2 dī A

tinctus in hoc sacro mortem non sentiet umquam;
semper enim vivit, quem semel unda lavat.

Descensio fontis

Descende intrepidus: vitae lomenta perennis 5
aeternos homines ista lavacra creant.

Ascensio fontis

Ascende in caelos, animam qui in fonte lavasti
idque semel factum sit tibi perpetuum.

Econtra episcopum

Peccato ardentes hoc fonte extinguite culpas.
currite. quid statis? tempus et ⟨h⟩ora fugit. *p. 188* 10

Et in circuitu fontis

Marmoris oblati speciem, nova munera, supplex
Calbulus exhibuit, fonti⟨s⟩ memor, unde renatus
ad formam cervi gremium perduxit aquarum.

374

R. 379
B. IV 429

Versus sanctae crucis

Hinc Dominus patiens caelo successit et astris;
dum retinet corpus, misit in astra Deum.

4 lauat (i *supra alt.* a *m. 1*) A : lavit *edd.* (*cf.* 7) 5 vitae lomenta *von Winterfeld* : uitei omenta A : vitae fo- *Burman* 7 lavasti *scripsi* : labisti A : lavi- *vulg.* 12 *Post* renatus *commate dist vulg.** 13 ad* *scripsi* : et A : per *Ziehen* (*edd.*)

374 hic sunt uersus sc̄ę crucis A 1 Dominus *scripsi* : crux sta (sancta *sched.*) A, *quod in locum vocabuli* dn̄s *subditum esse puto;*

qui fugis insidias mundi, crucis utere signis;
hac armata fides protegit omne malum.
crux Domini mecum! crux est quam semper adoro, 5
crux mihi refugium, crux mihi certa salus.
virtutum genetrix, fons vitae, ianua caeli,
crux Christi totum destruit hostis opus.

Pax Domini tecum, puro quam pectore quaeris!

375

DOMNI PETRI REFERENDARII

p. 192

R. 380
B. IV 431

Versus in basilica palatii sanctae Mariae

Qualiter intacta processit virgine partus
utque pati voluit natus, perquirere noli.
haec nulli tractare licet sed credere tantum.

neque enim a terris crux sed a cruce Dominus caelo successit patiens *scripsi*: potens A 5 *et* 9 dñi A 5 mecum! crux] *Ita distinxi*: mecum, c- *vulg.* 8 χρ̄ι A

375. c̄ II Versus *ante* domni *sqq.* A

376

R. 381
B. ibid.

⟨Ad Dulcem⟩

Felices illos qui te genuere parentes,
felicem solem qui te videt omnibus ⟨h⟩oris,
felicem terram quam tu pede, candida, calcas,
felices fascias cingentes corpus amatae,
felices toros quis, Dulcis, nuda recumbis! 5
ut visco capiuntur aves, ut retibus apri,
sic ego nunc Dulcis diro sum captus amore.
vidi nec tetigi; video nec tangere possum.
totus in igne fui; non sum consumptus et arsi.

R. 382
B. ibid.

377

Post mille amplexus, post dulcia savia penem *p. 193*
confiniis laterum detortum suscipe, posco,
viribus ut propriis mollitum reddas ab alvo,
in alvum sumptura iterum; quem tempore certo,
aetas si suffert, tertio supplere conabor. 5

376. *Titulum add. Riese* 3 pedēcandito A 4 fascias *Meyer* : -ię A pectus *von Winterfeld, fort. recte* 5 felicesque *Burman* (*edd.*) quis *Burman* : quib; A 6 uis quo A

377. *A superiore separavit L. Mueller* *Titulum* Ad meretricem, *versibus haud bene quadrantem, add. Riese* 1 suauia A 2 detortum *Burman* : re- A 3–4 *Dist. idem sic, aliter recentiores* 3 propriis *idem* : probris A mollitum *von Winterfeld* : mollem tu A 5 (a)etas (*i. e. iuventae vires*) A : et tunc *Riese* : ac vis *Baehrens* : et vis *Timpanaro* suffert *Riese* : -ret A : superet *Baehrens*

nec volo plus cupias; nam, si me cogis, iniquum est
ut tu victorem superes noctique futurae
demere quid cupias, numerum cui spondeo ternum.

DE SINGULIS CAUSIS

p.273

378

R. 383
B. IV 432

De alcyonibus

Stat domus exerrans; non struxit limus et ulva.
fervet amor lymphis; liquescunt ova tepore.
exposito partu natus non cernitur ullus; *p.274*
albus in albo manens rursus succedit ab alvo,
mirarisque novos fetus consurgere ab undis, 5
alcyon, cui totum pelagus est, parvula, nidus.

7 noctique *scripsi* : -tesq; A : -tisque *vulg.* 8 demere quid cupias *scripsi* : inquipiunt demere A : incipiant (*Burman*) tenebrae (*L. Mueller*) *edd.* cui *L. Mueller* : q; A : qua *idem Mueller* (*edd.*)

378. XVIII incipit uersos de singulis causis sunt uēr LXX. de altionibus A 1 non struxit *scripsi, coll. Ael. Nat. Anim. 9, 17* καλιὰν ἐξεργάζεται, οὔτε πηλοῦ καὶ ὀρόφου ὡς ἡ χελιδὼν δεομένη : constructa A -uxit *Baehrens* : cum struxit* *conieceram* limus *Baehrens* : limfis A ulva *Meyer* : ulba A 2 ferbet amor A (*cf. c. 140, 6*) : fervida mox *Baehrens* 3 partu] *I. e. ovo* (*cf. c. 281, 59*) 4 albus] *I. e. pullus* albo] *Sc. ovi* succedit *scripsi* : succendor A alvo (*i. e. ovo, tamquam alvo secundo*) *scripsi* : albo A 6 altion A totum *scripsi* : -us A est, parvula *scripsi* : sunt . paruoli A Alcyone (*Burman*) cuius pelagus sunt pabula nidis *Baehrens* (*!*)

379

R. 384
B. ibid.

De Iuvenale venatore

Excipit ingentem Iuvenalis fortior aprum.
incumbens umero laevo pede pronior instat
et spumantis adhuc morsum de vulnere fraudat.

380

R. 385
B. IV 333

Item de apro

Invadunt pos⟨t⟩ terga suem; stat torvus in ira.
Creticus excutitur lunato dente rebellis,
quem socius morsu auxilians defendit in hostem.

381

R. 386
B. –

In Mandritem mimum

Mandris, notus olim felix fur, cautus et audax,
quattuor in medio dicit peccasse colonas.
* * * * * * * * * * * *
'sive ego sive lupus' dixit. 'tollatur et anser.'

379. De] in A (*ex sequentibus?*)

380. de] in A (*ex sequenti?*) 3 in hostem *Riese* : in hoste A : ab h- *Burman*

381. In] De *vulg.* Mandritem mimum *scripsi* : -te mimo A 2 medio] *Anne* mimo? *Post hunc versum aliqua excidisse puto; colonarum enim peccata quid ad Mandritis furta attineant furtaque ipsa quae fuerint iure requiras* 3 lupus] *Sc. furatus est* *Post* dixit *plenius distinxi*

382

R. 387
B. ibid.

CATONIS

Rex Hunerix, manifesta fides! iam fama perennis,
inclite, cardinibus spargit memorabile factum,
quod verbo dividis aquas molemque profundi
discindis iussis, semel ⟨ut⟩ nudata natantum
iugera calcet homo. pelagus fodisse ligones 5
expavit natura. maris subducitur unda
tortilis anfractu, liquidus †conteritus† imber,
Oceanumque movent manibus; mare cocl⟨e⟩a sorbet.

383

R. 388
B. ibid.

De Pegaso, Bellerephonte, et Chimaera

Vectum Pegaseo volucri pendente caballo
  conpita senserunt Bellerephonta deum,
cuius iter vacuos et calcans ungula ventos
* * * * * * * * * * *

382. carmen catonis A 1 rex hunc . rix A fides! (*sc. est*) iam *scripsi* : -es quē A : -e quem *Riese* 2 inclite, cardinibus *scripsi* : inclita ordinib; A : -tat ominibus *Baehrens* : -tat, hōminibus *Riese* 3 dividis *scripsi* : diuisit A 4 discindis *scripsi* : -ceda A : -cidit *Riese, qui etiam* -cindit *coni.* ut *add. Baehrens* 6–7 *Post* anfractu *distinxi, post* unda *vulg.* 7 conprenditur *Baehrens* : converri- *Riese* (contergi- *olim*) : *anne* conpelli-? 8 molent A

383. 1 pendenti A : -dere *Wakker* 2 senserunt] *I. e. putaverunt*

CARMINA CODICUM SAECULI IX

384

R. 388 a
B. III 167

⟨Celeuma⟩

Heia, viri! nostrum reboans echo sonet 'heia!'

arbiter effusi late maris ore sereno
placatum stravit pelagus posuitque procellam,
edomitique vago sederunt pondere fluctus.

heia, viri! nostrum reboans echo sonet 'heia!' 5

annisu parili tremat ictibus acta carina.
nunc dabit arridens pelago concordia caeli
ventorum motu praegnanti currere velo.

heia, viri! nostrum reboans echo sonet 'heia!'

aequora prora secet delphinis aemula saltu 10
atque gemat largum, promat se quisque lacertis
pone trahens, canum deducat ⟨et⟩ orbita sulcum.

384. *Solus habet cod. Berolinensis, olim Santenianus* (*mss. Diez. B 66*), *saec. VIII–IX* *Titulum add. L. Mueller* 1 heia] *Cf. Aristoph. Pax 459–519* 2 effusi *L. Mueller* : effisi *cod.* 7 dabit arridens *Baehrens* : -itur ridens *cod.* 11 etque gemet *cod.* se quisque *Garrod* : seseque *cod.* 12 pone trahens *cum praecedentibus coniunxi**

heia, viri! nostrum reboans echo sonet 'heia!'

†echoresultet portus† nos tamen heia!
convulsum remis spumet mare: nos tamen 'heia!' 15
vocibus adsiduis litus resonet ⟨magis⟩ 'heia!'

⟨heia, viri! nostrum reboans echo sonet 'heia!'⟩

385

R. 389
B. IV 434

In laudem Solis

Dum mundum natura potens terramque †dicaret†,
Sol dedit ipse diem. horrentia nubila caelo
dispulit et faciem roseo diffudit in orbe.
pulchra serenigero fulserunt sidera motu.
nam chaos est sine Sole dies. tum discere lucem 5
coepimus et croceum caeli sentire teporem.
gurgite de roseo surgunt ex more iugales,
naribus elatis efflante⟨s⟩ pectore lucem.

14 ach- (e *supra* a *scr.*) *cod., quod varie refingunt, ut Garrod* echo te pultet portis⟨cule⟩ 16 magis *addidi* : tamen *L. Mueller* reduci sonet *Riese* *Post 16* heia naheia heleia naheia heiana heia eleia *'addidit bonus quidam monachus'* (*Baehrens*) 17 *addidi*

385. *Habent* BL Incipiunt uersos in laudem solis B : Versus in laude solis L 1 cum *Haupt* potest L dicaret B : digarit L : ligaret *Haupt* : *anne* locaret? 3 et L : e B faciem] lucem *coni. Riese, quam ipsam solis facie significari puto* diffundit BL 4 pulchrius sereno L : -ius aeterno *Baehrens* motu] mundo *Hauptii amicus. Totus versus mihi suspectus* (*cf. 55*) 5 nam ... dies *ad 2–3 referenda : dies cum sol nubilis tegitur chaï instar est* tum B : hinc L 6 roseum *Opitius* : calidum *coni. Riese* 7 de roseo *Pithoeus* : cum roseo L : croreo B : de glauco *vel* ab Oceano *Heinsius* 8 efflantes *Heinsius* : -nte BL

sol rumpit tenebras rutiloque ⟨ut⟩ fulget ab ortu,
spargit in aethereos flammantia lumina campos. 10
hinc homines, armenta simul, haec semina rerum,
alituum hinc, pecudum et vivit genus omne natantum,
quot caelum, quot terra tenet, quot sustinet aequor.
hinc calor infusus, totum qui continet orbem,
dulcia mellifluae dum pandit munera vitae. 15
Ast ubi iam Titan croceum conscendit in orbem
fluctibus ac nitidum tollit caput aether⟨a⟩ in altum, 22
cuncta patent quaecumque †tamen† nox clauserat atra. 17
mox silvae campique virent et florea rura,
tunc placidum iacet omne mare et vernantibus undis
flumina; per tremulos currit lux aurea fluctus. 20
hic regit inperium mundi, hic tempora sancit, 21
[†mox tamen† alipedum gemmantia lora rigescunt; 23
aureus axis inest, currus ardescit ab auro,
dum pretio fulgens imitatur lumina Phoebi.] 25
hic solus viget orbe deus, quem cernere nobis

9 rutiloque ut (-que ubi *iam Heinsius*) *Baehrens* : -lo qui BL fulgit BL : surgit *Burman* 11 hinc *Pithoeus* : haec BL haec *Timpanaro* : et BL saecla ferarum *Haupt* 12 alituum *scripsi* : -tis BL pecudum et *scripsi* : -des BL : -dum *Meyer* (*turbant hic edd.*) 13 quot *ter Haupt* : quod BL 15–16 *om.* B 15 pandit *Baehrens* : claudit L : fundit *Haupt* 22 *huc transp. Riese* hac B 17 quicumque B tamen] tacens *Riese* : *an* prius? clausserat L : clauserit B 18 mox] et *Riese* uirent (*i. e. virentes apparent*) L : iurent B : nitent *Baehrens* 19 iacet] *Cf. Stat. Theb. 7, 472 sq.* novo Titane reclusum / aequor anhelantum radiis subsidit equorum / et *om.* L 21 sic ... sic *coni. Riese Vv. 23–25 alicunde importatos esse credo. Currus enim descriptio neque huic loco convenit neque satis absoluta est; vix autem concinne Phoebi currus Phoebi lumina imitari dicitur* 23 mox tamen] *pannus, nisi fallor, non purpureus* 24 axis *Burman* : ęquis B : aequus L auro *Haupt* : euro BL *Initia versuum 25–35 in cod.* B *atramento superfuso deleta sunt*

fas visu est †ireque iubet per florea rura†.
o mirum virtutis opus, quod flamma gubernat!
nec non igne suo praestat cum lumine sensus;
hinc corpus, hinc vita redit, hinc cuncta resurgunt. 30
namque docet phoenix ustis reparata favillis
omnia Phoebeo vivescere corpora tactu.
haec vitam de morte petit, post fata vigorem;
nascitur ut pereat, perit ut nascatur ab igni;
una cadit totiens surgitque ac deficit, una. 35
rupe sedet, capitur radiis et lumine Phoebi
suscipit inmissum recidiva morte calorem.
Sol qui purpureo diffundit lumine terras,
Sol cui vernantem tellus respirat odorem,
Sol cui picta virent fecundo gramine prata, 40
Sol speculum caeli, divini numinis instar,
Sol semper iuvenis, rapidum qui dirigit axem,
Sol facies mundi caelique volubile templum,
Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Iuppiter ipse,
Sol soror et Trivia est, insunt cui nomina mille, 45

27 visu *Baehrens* : nimis L ireque iubet (e *expuncta et* a *superscr.*) L : mireque iuvat *Haupt* (*Riese*) florea rura *ex 18 sumptum esse video* 29 igne *Haupt* : et in igne L 30 hinc *Haupt* : hic L hinc B : hic L hinc cuncta B : hic uita L resurgunt L : reguntur B 31 ustis L : istis B : busti *Heinsius* 33 post fata vigorem B : ut nascatur ab igni L *ex versu sequenti, quem hoc loco omissum in ima pagina addit* (nascit) 35 surgi atq; defecit B : surgit quae defecit L *Post* deficit *distinxi* 37 inmensum B *A 38 novum carmen incipit Burman* 38 perfundit *idem* 39 vernantem *Opitius* (*cf. Dracont. Orest. 115* vernalis odor, *Claud. Fesc. 4,7* veris odoribus) : -ntur B : -nti L (*edd.*) 40 *om.* L grammę B 41 nominis B 42 dirigit *Haupt* : diuidis (s *in ras.* L) BL 44 sol alma L : et sol arma B 45 soror et Trivia est (= triuiaē) *scripsi* : labor et ribice B : laboreţ tribiae (u *supra* b) L : claror Triviae *Haupt* : albor T- *Baehrens* : frater T- *Riese* (*!*) numina *Haupt*

Sol qui quadriiugo diffundit lumina curru,
†Soli et per horeo† fulget matutinus in ortu,
Sol reddit cum luce diem, Sol pingit Olympum.
Sol aestas, autumnus, hiems, Sol ver quoque gratum, 49
Sol saeclum mensisque, dies Sol, annus et hora, 51
Sol globus aethereus, Sol est lux aurea mundi.
Sol bonus agricolis, nautis quoque prosper in undis.
Sol repetit quaecumque potest transcendere semper.
Sol cui sereno pallescunt sidera motu, 55
Sol cui tranquillo resplendet lumine pontus,
Sol cui cuncta licet rapido lustrare calore, 57
Sol cui surgenti resonant virgulta canore, 59
Sol cui mer⟨g⟩enti fervit maris unda vapore, 50
Sol mundi caelique decus, Sol omnibus unus, 58
Sol noctis lucisque decus, Sol finis et ortus. 60

46 lumine L curru *Heinsius* : cursu B : -sus L 47 *ita* B soliperboreo L : Sol et Hyperboreo *Pithoeus* (*Riese*) : Sol Hyperionio *Burman* (*Baehrens*) fulgit BL : fit *Hauptii amicus* 48 Sol pingit *Heinsius* : conpi- B : cum pi- L 49 gratum *Pithoeus* : -us BL 50 *post 59 et* 58 *post 50 transp. Riese* 51 mensis sol dies L 52 aethereis B Sol *Riese* : haec BL 54 potest *vix sanum* : solet *coni. Baehrens* 55 sereno] septeno *Heinsius* : perpetuo *Baehrens* 56 tranquillos B : -illus *coni. Baehrens* resplendit L : splendescit B 59 resonant *scripsi* : -at BL virgulta *scripsi* (*cf. Verg. Georg. 2,328*) : lira (*ex* liba L) blanda BL : lyra b- *Haupt* : tuba b- *Opitius* : levis (*olim* Libys) unda *Riese* (*!*) canore *scripsi* : -em BL (*cf. Nemes. Ecl. 3,8)* 50 mergenti *Pithoeus* : merenti L : -is B fervit *scripsi* : servit L : eruit B : servat *Burman* (*edd.*) unda L : undiq; B vapore *scripsi* : leporem BL : teporem *vulg.* 58 coelique *Burman* : lucisque BL unus B : idem L (*edd.*) 60 deus *ex* decus B

386

R. 390
B. V 361

EUCHERIAE

Aurea concordi quae fulgent fila metallo
setarum cumulis consociare volo.
Sericeum tegmen, gemmantia texta Laconum,
pellibus hircinis aequiperanda loquor.
nobilis horribili iungatur purpura burrae; 5
nectatur plumbo fulgida gemma gravi:
sit captiva sui nunc margarita nitoris
et clausa obscuro fulgeat in chalybe:
Lingonico pariter claudatur in aere smaragdus;
conpar silicibus nunc hyacinthus eat: 10
rupibus atque molis similis dicatur iaspis.
eligat infernum iam modo luna chaos.
nunc etiam urticis mandemus lilia iungi,
purpureamque rosam dira cicuta premat:
nunc simul optemus despectis piscibus ergo 15
delicias magni nullificare freti;

386. *Invenitur in* B *aliisque compluribus, ut* M = *cod. Valencen. 387* (*saec. IX*) *ap. Mabillonium, Analect. I, 367;* V = *Vindob. 277* (*saec. IX*), *fol. 55, ap. Haupt, ed. Ov. Halieut. p. VII, qui tamen solos vv. 21–32 praebet;* P = *Paris. 8440* (*saec. X*), *quem contulit Riese;* L = *Vossiano fol. 82* (*saec. IX*), *fol. 155;* R = *Vossiano Q. 69* (*saec. IX*), *fol. 19;* G = *Groningano C. d. 3* (*saec. XI–XII*), *quem contulit Baehrens* Versus Eucheriae poetrie B 3 texta *Heinsius* : tecta *codd.* lacuum B 4 loquar B 9 lingonico P : lenco- *vel* leuco- *cett.* zmaragdus P 10 silicibus] et silici *Heinsius* eat BP : .ē. G, P *m. 2* : adest M : *om.* VR 11 rupiq; BP 14 purpureamq; B : pre(per- M)spicuamq; *cett.* (*cf. 20 et 29*) 15 despectis *cod. Monacensis 22227* (*saec. XII*) : dis- *cett.* 16 dilicias BP : diuitias M

auratam crassantus amet, saxatilis anguem,
limacem pariter nunc sibi tructa petat;
altaque iungatur vili cum vulpe leaena,
perspicuam lyncem simius accipiat; 20
iungatur nunc cerva asino, nunc tigris onagro,
iungatur fesso concita damma bovi.
nectareum vitient nunc lasera tetra rosatum
mellaque cum fellis sint modo mixta malis;
gemmantem sociemus aquam luteumque barathrum; 25
stercoribus mixtis fons eat inriguus.
praepes funereo cum vulture ludat hirundo;
cum bubone gravi nunc philomela sonet;
tristis perspicua sit cum perdice cavanus
iunctaque cum corvo pulchra columba cubet. 30
haec monstra incertis mutent sibi tempora fatis
rusticus et servus si petat Eucheriam!

R. 391
B. V 363

387

Cervus, aper, coluber non cursu, dente, veneno
vitarunt ictus, Maioriane, tuos.

17 craxantus P : crassantos G 18 trucca B 19 iungantur B 20 perspicuam B, M(*?*) : pr(a)es- PLRG (*cf. 29 et c. 403, 4*) 23 uitient LR : uicium G : uitiet *vel sim. cett.* lasera *Ducange* : laus- *codd.* 28 gravi *om.* B 29 pr(a)espicua LGR cauannus *plerique codd.* 31 incertis BP : -estis *cett.* 32 si *scripsi* : sic *codd.*

387. *Habent* B *et cod. Vindob. 277; cf. Sidon. Carm. 13, 17 sq.*

CARMINA CODICIS VOSSIANI Q. 86

R. 392
B. IV 111

388

Ut belli sonuere tubae, violenta peremit
Hippolyte Teuthranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce,
Oebalon ense, Clonon iaculo, Teuthranta sagitta.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Teuthras.
plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros. 5
figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras.
Iphicli Teuthras, Dorycli Clonus, Oebalus Idae.
Argolicus Teuthras, Moesus Clonus, Oebalus Arcas.

R. 393
B. IV 112

389

Almo, Theon, Thyrsis, orti sub colle Pelori
semine disparili: Laurente, Lacone, Sabina.

388. *Hoc et c. 389 habent praeter* V *etiam* B *multique praeterea quos iterum post Riese enumerare longum est. neque titulorum nugas perscribendas putavi* 1–4 *Cf. Stat. Theb. 7,640–643; 8,445–447 ; 9,764–769* 3 *Cf. c. 485 (Riese), 167* 7 *om.* B aephycli V : *varia cett.* : Iphiclis *Scaliger* Dorycli *Riese* : doricli *cod. Bruxell. 10859 (saec. IX)* : *varia cett.* : Doryli *Scaliger*

389. 2 sabina V : -ima B : -ine *alii* : -ino *vulg. olim ('hic semen mire de matre dicitur' Riese)*

vite Sabina, Lacon sulco, sue cognita Laurens.
Thyrsis oves, vitulos Theon egerat, Almo capellas.
Almo puer pubesque Theon et Thyrsis ephebus. 5
canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.
Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nisa Theonem.
Nisa rosas, Glauce violas dat, lilia Nais.

R. 394
B. I 205

390

Dira patet Iani Romanis ianua bellis.
vota deo Diti, Februe mensis, habes.
incipe, Mars, anni felicia fata reduce.
tunc Aries Veneri lutea serta legit.
dulcia, Maie, tuis ducis exagona Nonis. 5
arce poli Geminos Iunius ecce locat.
Iulius ardenti †divertit† lumina soli.
aëra flammigero cuncta Leone calent.
poma legit Virgo maturi mitia solis.
fundit et October vina Falerna lacis. 10
aret tota soli species vi dura Nepai.
ude December, amat te genialis hiemps.

5 *ante* 4 *et* 8 *ante* 7 B *duoque alii*

390. *Hoc et c. 391 habent praeter* V *et* P = *Paris. 7886* (*saec. IX*), *qui cum* V *fere congruit, alii complures ab Riese citati Titulum praebet* V *aliique non nulli* : Item uersus de n̄ (= numero?) dierum singulorum mensium (*singulos versus tot litteris constare quot diebus mensem animadvertit Froehner*) 2 Februe mensis, habes *scripsi* : februa (-uo P) m- habet *codd.* (*cf. c. 391, 8*) 3 reduce *Froehner* : -ci *codd.* : -cti *Heinsius* (*edd.*) 4 lintea V 5 exagona *neque damno neque intellego* 7 ardentis ... solis *codd. aliquot* deuertit *codd. duo, quod mensi Iunio conveniat* (*cf. c. 391, 22*) : *anne* demit iam? numina VP 8 aera *codd. plerique* : aerea (*alt.* a *exp.* P) VP 9 solis] roris *Heinsius* 11 uiduata VP 12 ude *Scaliger* : unde *codd.* hiems *codd. plerique*

391

R. 395
B. I. 206

Tetrastichon authenticum de singulis mensibus

Ianuarius

Hic Iani mensis sacer est (en aspice ut aris
tura micent, sumant ut pia tura Lares!),
annorum saeclique caput, natalis honorum,
purpureos fastis qui numerat proceres.

Februarius

At quem caeruleus nodo constringit amictus 5
quique paludicolam prendere gaudet avem,
daedala quem iactu pluvio circumvenit Iris,
Romuleo ritu februa mensis habet.

Martius

Cinctum pelle lupae promptum est cognoscere mensem:
Mars olli nomen, Mars dedit exuvias. 10
tempus ver haedus petulans et garrula hirundo
indicat et sinus lactis et herba virens.

Aprilis

Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis.
lumen veris habet, quo nitet alma Thetis,

391. *'Ad imagines mensium hi versus pertinent'* (*Riese*) 1–2 *dist. Riese* 2 tura (*alt.*)] iura *Riese* : liba *Baehrens* : *anne* vota? 4 purpureos *Scaliger* : -eis *vel* -eus *vel* -eum *codd.* 7 iacto *codd. meliores* 8 februa (*i.e. piamina*) *scripsi* : Fe- *vulg.* 10 illi *codd. duo* 11 vernum *Scaliger* (*edd.; sed poetam talem elisionem vitasse potius credo*) 12 senos VP 14 limen *Heinsius* ueris *cod. Durlacensis 36 F* (*anni 850*) : uiris *vel* iuris *alii*

cereus et dextra flammas diffundit odoras; 15
balsama nec desunt, quis redolet Paphie.

Maius

Cunctas veris opes et picta rosaria gemmis
liniger in calathis, aspice, Maius habet,
mensis Atlantigenae dictus cognomine Maiae,
quem merito multum diligit Uranie. 20

Iunius

Nudus membra dehinc solares respicit horas
Iunius ac Phoebum flectere monstrat iter.
iam falx maturas Cereris designat aristas
floralisque fugas lilia fusa docent.

Iulius

Ecce coloratos ostentat Iulius artus, 25
crines cui rutilos spicea serta ligat.
morus sanguineos praebet gravidata racemos,
quae medio Cancri sidere laeta viret.

Augustus

Fontanos latices et lucida pocula vitro
cerne ut demerso torridus ore bibat 30
aeterno regni signatus nomine mensis,
Latona genitam quo perhibent Hecaten.

19 maius VP 21 nuda *codd.* 23 iam falx (at f- *iam Burman*) *Baehrens* : lampas *codd.* (*Riese*) : campis *Scaliger* aristis VP 24 fugans VP docens *codd.* 26 ligat *Pithoeus* : legat *codd.* : ligant *Heinsius* 27 moros VP 28 quem VP 29–48 *om. VP* 30 dimerso *codd.*

September

Turgentes acinos varias et praesecat uvas
September, sub quo mitia poma iacent,
captivam filo gaudens religasse lacertam, 35
quae suspensa manu mobile ludit opus.

October

Dat prensum leporem cumque ipso palmite fetus
October; pinguis dat tibi ruris aves.
iam Bromios spumare lacus et musta sonare
apparet. vino vas calet ecce novo! 40

November

Carbaseos post hunc artus indutus amictus
Memphidos antiquae sacra deamque colit,
a quo vix avidus sistro compescitur anser
devotusque tuis incola, Memphi, deis.

December

Annua sulcatae †coniecti† semina terrae 45
pascit hiems. Pluvio de Iove cuncta madent.
aurea nunc revocet Saturno festa December.
nunc tibi cum domino ludere, verna, licet.

33 turgentes *Heinsius*: su- *codd.* 37 ipso *cod. Einsidlensis 319* (*saec. X*) : ipsa *cett.* 39 ambromios *vel sim. codd.* 41 post *Riese*: postquam *codd.* 42 memfidus *vel sim. codd.* 44 tuis *scripsi*: satis *codd.*: sacris *cod. Colon. 186* (*saec. IX–X*) Memphi, deis *scripsi*: memfideis *codd.*: Memphi, tuis *Burman* 45 coniectans *cod. Sangall. 250* (*saec. XI*) : conectens *Baehrens* : complectens *Heydenreich* : concredita *vel* coniecta en *Heinsius* : *anne* iam credita?

392–461
R. 396–463
B. IV. 57–86

392

R. 396

Parcendum misero

Occisi iugulum quisquis scrutaris †unus amici†,
  tu miserum necdum me satis esse putas?
desere confossum! victori vulnus iniquo
  mortiferum ⟨im⟩pressit mortua saepe manus.

393

R. 397

Mors Catonis

Invictum victis in partibus, omnia Caesar
  vincere qui potuit, te, Cato, non potuit.

394

R. 398

⟨Item⟩

Ictu non potuit primo Cato solvere vitam:
  defecit tanto vulnere vi⟨c⟩ta acies.

392. *Cc. 392–461 vel omnia vel pleraque a compluribus Senecae philosopho adtributa sunt* 1 occisi *vulg. olim* : -sum V (*edd.*) scrutaris uňamici V : -are inimicus *Baehrens* : -are, inimice *Prato* : *anne* -aris apertum? 4 pressit V (im *supra scr. m.* 2)

393. *Hoc et duo sequentia unum carmen facit et* V *et, qui etiam praebet, prorsus codici* V *posthabendus,* R = *cod. Reginensis 1414* (*saec. XI*) 1 invictum *Oudendorp* : -tus VR (*Baehrens*) in] es *Baehrens*

394. 2 acies *scripsi* (*cf. cc. 404, 2; 449, 6; 667* (*Riese*), *2*) : manus VR (*fort. ex c. 395, 1–2*)

altius inseruit digitos: qua spiritus ingens
  exiret, magnum dextera fecit iter.
opposuit Fortuna moram voluitque Catonis 5
  sciremus ferro plus valuisse manum.

395

R. 399

⟨Item⟩

Iussa manus sacri pectus violasse Catonis
  haesit et inceptum victa reliquit opus.
ille ait infesto contra sua vulnera vultu:
  'estne aliquid magnum quod Cato non potuit?
dextera, num dubitas? durum est iugulasse Catonem? 5
  sed ⟨sic⟩ liber erit: iam, puto, non dubitas.
fas non est vivo quemquam servire Catone,
  nedum ipsum: vincit nunc Cato si moritur.'

3 digitos V : gladium R (*edd.*) 5 voluitque *Pithoeus* : inuo-V, R (*ras. post* in)

395. 1 uiolasse V (*Prato*) : -asset R : -are *Burman* (*edd., qui* iugulasse *in 5; cf. etiam c. 413, 24*) 4 magnum R : -us V 5 num dubitas? *scripsi* (*cf. Herc. Oet. 1719* quid dextra tremuit? num manus pavida impium / scelus refugit?) : me d- (mẹd- V) VR : quid d- ? *Burman, coll. loco eodem* : nunc d- *Riese* : ne dubites (-ta *Scaliger*) *Heinsius* durum V : dū R 6 sic *Rossbach* : quia R : *om.* V 7 vivom *Baehrens* (-um *Riese*) quemquam V : cuiquam R (*edd.; sed ad meliora reversus est Prato*) catone (i *supra* e) V : -nem R (*edd.*) 8 ne (*ras.*) dum ipsum uincit V : necdum etiam uiuit R : quin etiam vivit *Baehrens* : rectius et v- *Riese*

396

R. 400 *Epitaphion Pompei*

Magne, premis Libyam; fortes, tua pignera, nati
Europam atque Asiam. nomina tanta iacent.

397

R. 401 *⟨Item⟩*

Quam late vestros duxit Fortuna triumphos,
tam late sparsit funera, Magne, tua.

398

R. 402 *⟨Item⟩*

Pompeius totum victor lustraverat orbem,
at rursus toto victus in orbe iacet.
membra pater Libyco posuit male tecta sepulcro;
filius Hispana est vix adopertus humo;
Sexte, Asiam sortitus habes. divisa ruina est; 5
uno non potuit tanta iacere solo.

396. *Cc. 396–400 uno tenore habet* V Pompeiorum *Scaliger* (*edd. 'Perperam' Prato*) 2 quanta *Scaliger*

397. *Hoc cum praecedenti disticho coniungendum putavit Burman, cui Prato adsensus est*

398. 2 victus *Heinsius* : -tor V *Vv. 3–6 cum 1–2 coniunxit Riese, separabant priores* 6 tanto V : tota *Pithoeus*

399

R. 403

⟨Item⟩

Aut Asia aut Europa tegit aut Africa Magnos:
quanta domus, toto quae iacet orbe, ruit!

400

R. 404

⟨Item⟩

Maxima civilis belli iactura sub isto es
(quantus quam parvo vix tegeris!) tumulo.

401

R. 405

Ad amicum optimum

Crispe, meae vires lassarumque ancora rerum,
Crispe vel antiquo conspiciende foro,
Crispe, potens numquam, nisi cum prodesse volebas,
naufragio litus tutaque terra meo,
solus honor nobis, arx et tutissima nobis, 5
et nunc afflicto sola quies animo,
Crispe, fides dulcis placideque acerrima virtus,
cuius Cecropio pectora melle madent,

399. 1 Magnos *Baehrens* : magn' V : Magnum *edd. plerique* 2 fuit *Klotz* (*edd., reiecit Prato, Timpanaro auctore*)

400. *Distinxi ego** 1 isto *Maehly* : ipso V es* *scripsi* (sed ipse es *Peiper*) : ē V, *quod del. Housman* (*hactenus fort. recte*)

401. 1 lassarūq; V, *frustra olim temptatum* (*vide Timpanaro*) 5 honora V ars V nostris* *conieci* 7 placideque *Duebner* : -diq; V : Latiique *Burman*

maxima facundo vel avo vel gloria patri,
  quo solo careat si quis, in exilio est, 10
⟨l⟩onginquae iaceo saxis telluris adhaerens:
  mens tecum est, nulla quae cohibetur humo.

402

R. 406 *De sacris evocantis animas Magnorum*

Fata per humanas solitus praenoscere fibras
  impius infandae religionis apex
pectoris ingenui salientia viscera flammis
  imposuit, magico carmine rupit humum,
ausus ab Elysiis Pompeium ducere campis, 5
  pro pudor, hoc sacrum Magnus ut aspiceret!
stulte, quid infernis Pompeium quaeris in umbris?
  non potuit terris spiritus ille premi.

403

R. 407 *De vita humiliori*

'Vive et amicitias regum fuge.' pauca monebas:
  maximus hic scopulus, non tamen unus, erat.

9 aui V 11 longinquae *scripsi* : antucui V : Cyrneae en (*cur* en?) *Oudendorp, duce Scaligero* : incultae *Baehrens* : intactae *Riese* (*sed in addendis* (*vol. II*) artubus ⟨hic⟩ iaceo) : antiquae *Prato* (*!*) : *alii alia*

402. evocantis *Riese* : -atis V : -aturis *Baehrens* Magni *coni. Riese* (*cf. c. 396 tit.*) 2 infanda V apex *Scaliger* : apes V 3 salientia *Scaliger* : sapi- V 5 Elysiis *idem* : elybicis V

403. 2 non tamen *ex* nomen V *m. 2*

vive et amicitias nimio splendore nitentes
 et quicquid colitur perspicuum, fugito.
ingentes dominos et famae nomina clarae 5
 inlustrique graves nobilitate domos
devita et longe vivus cole; contrahe vela
 et te litoribus cymba propinqua vehat.
in plano semper tua sit fortuna paresque
 noveris: ex alto magna ruina venit. 10
non bene cum parvis iunguntur grandia rebus:
 stantia namque premunt, praecipitata ruunt.

404

R. 408

⟨Item⟩

'Vive et amicitias omnes fuge.' verius hoc est
 quam 'regum' solas 'effuge amicitias.'
est mea sors te⟨s⟩tis: maior me afflixit amicus
 deseruitque minor, turba cavenda simul.
nam quicumque pares fuerant, fuge⟨re⟩ fragorem 5
 necdum conlapsam deseruere domum.
⟨i⟩ nunc et reges tantum fuge! vivere doctus
 uni vive tibi; nam moriere tibi.

4 ꝑspicuum V (*cf. c. 386, 20. 29*) : consp- *coni. Heinsius* : praesp- *Baehrens* 7 et longe] l- et *coni. Riese* uiuus (*i. e. mortem effugiens, quod ad* vive *supra respicit*) V : cautus *Cannegieter* : tutus *Baehrens* : sanus *Haupt* : salvus *Peiper* : tenuis *Riese* (*pro nominativo, ut puto*), *qui etiam* viles *coni.* fuge *Baehrens* 10 foveris *Heinsius*

404. 2 etfuge V : ecf- *Baehrens* 3 est *Heinsius* : et V sors *idem* : mors V 4 *Post* minor *plene dist. vulg.* 7 i *add. Heinsius* 8 moriere *Scaliger* : -iare V

405

R. 409

De se ad patriam

Corduba, solve comas et tristes indue vultus;
inlacrimans cineri munera mitte meo.
nunc, longinqua, tuum deplora, Corduba, vatem,
Corduba non alio tempore maesta magis;
tempore non illo, quo versi viribus orbis 5
incubuit belli tota ruina tibi,
cum geminis oppressa malis utrimque peribas
et tibi Pompeius, Caesar et hostis erat;
tempore non illo quo ter tibi funera centum,
heu, nox una dedit, quae prope summa fuit; 10
non Lusitanus quateret cum moenia ferro,
figeret et portas lancea torta tuas.
ille tuus quondam magnus, tua gloria, civis
infigor scopulo! Corduba, solve comas
et gratare tibi, quod te natura supremo 15
adluit Oceano: tardius ista doles.

406

R. 410

De custodia sepulcri

Quisquis es (et nomen dicam? dolor omnia cogit),
qui nostrum cinerem nunc, inimice, premis

405. 1 cordaba V (*item in 3 et fort. in 4*) 2 et lacrimans *Bardilius* 5 illo *Pithoeus* : alio V versi *Heinsius* : -is V 7 utrimque *Scaliger* : utrūq; V 9 illo *Pithoeus* : alio V 10 uox V prope *coni. Riese* : tibi V 12 torta *Scaliger* : po- V 14 infigar *ex* -gor V cordaba V *m. 2 ex* -doba 15 et] set *Baehrens* 16 addidit *idem, alii alia* (*sed Corduba pars Hispaniae est; cf. Mart. 10, 37, 4*) dolus V

406. *Titulus ineptus*

et non contentus tantis subitisque ruinis
stringis in extinctum tela cruenta caput,
crede mihi, vires aliquas natura sepulcris 5
attribuit: tumulos vindicat umbra suos.
ipsos crede deos hoc nunc tibi dicere, Livor;
hoc tibi nunc Manes dicere crede meos:
res est ⟨s⟩acra miser; noli mea tangere fata.
sacrilegae bustis abstinuere manus. 10

407

R. 411 *De Athenis*

Quisquis Cecropias hospes cognoscis Athenas,
quae veteris famae vix tibi signa dabunt,
'hasne dei' dices 'caelo petiere relicto?
†regnaque partitis haec fuit una† deis?'
idem Agamemnonias dices cum videris arces: 5
'heu, victrix victa vastior urbe iacet!'
hae sunt, quas merito quondam est mirata vetustas.
magnarum rerum parva sepulcra vides.

408

R. 412 *In eum qui maligne iocatur*

Carmina mortifero tua sunt suffusa veneno,
at sunt carminibus pectora nigra magis.

5 sepulcris (h *supra* c *m. 1*) V : -ltis *Schrader* 9 sacra *Tollius* : atra V

407. 4 rixaque *Hemsterhuys* (*Baehrens*) : pugna- *Haupt* ħ V fuit ira *Ziehen* : fuit ora *Baehrens* : sua cura *Riese* regnaque p- hic fuit urna *Herter* (*Serta Philologica Aenipontana, 7–8* (*1962*), *347 sqq.*) 6 heu *Scaliger* : H̄ (haec) V 8 parva *Tollius* : magna V

408. 2 at *Francius* : et V : set *Baehrens*

nemo tuos fugiet, non vir, non femina, dentes;
⟨h⟩aut puer, ⟨h⟩aut aetas undique tuta senis.
utque furens totas inmittit saxa per urbes, 5
in populum sic tu verba maligna iacis.
sed solet insanos populus conpescere sanus
et repetunt notum saxa remissa caput.
in te nunc stringit nullus non carmina vates
inque tuam rabiem publica Musa furit. 10
dum sua conpositus nondum bene concutit arma
miles, it e nostra lancea torta manu.

409

R. 412, 13–18

⟨Item⟩

Bellus homo es? valde. capitalia crimina ludis
deque tuis manant atra venena iocis.
sed tu per⟨que⟩ iocum dicis vinumque: quid ad rem,
si plorem, risus si tuus ista facit?
quare tolle iocos: non est iocus esse malignum. 5
numquam sunt grati, qui nocuere, sales.

3 fagiet V, *corr. m.* 2 : fugit *Heinsius* : fugiat *Burman* 4 haut ... haut *Scaliger* : aut ... aut V 5–6 *Post* urbes *dist. Gronovius* (*Prato*), *post* populum *plerique* 7 populos V 8 notum *Riese* : mo- V : nocuum *Baehrens* 11 *Anne* tua ... concutis? 12 it e *Burman* : et e V : et it *Heinsius*

409. *Novum carmen fecit Lipsius; cum* V *continuant edd., nisi quod post c. 408, 12 lacunam indicavit Baehrens* 1 es *Vonck* : et V valde *coni. Baehrens, distinxi ego** : ualide V carmina *Scriverius* 3 perque iocum *Scaliger* : ptotum V 4 cum plorem *idem* 5 iocos] iocus V 6 grati *Scaliger* : -tes V

410

R. 413 *De insepultis claris*

Litore diverso Libyae clarissima longe
nomina vix ullo condita sunt tumulo,
Magnus et hinc Magno maior Cato. quam procul a te
aspicis, heu, cineres, Roma, iacere tuos!

411

R. 414 TERENTII VARRONIS ATACINI

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato nullo,
Pompeius parvo. credimus esse deos?

412

R. 414a *⟨Responsum⟩*

Saxa premunt Licinum, levat altum fama Catonem,
Pompeium tituli. credimus esse deos.

410. 3 hinc Magno* *scripsi* : hoc homine V : hoc Magno *Scaliger, qui tamen* humano *edidit* quam *Pithoeus* : q. V

411. *Praeter* V *cum hac inscriptione habebat* S, *habent sub Varronis nomine schol. Persii 2,36, sine auctoris nomine Comm. Cruquianus ad Hor. A. P. 301. Inscr. caret* V 1 ad V : et S 1–2 cato paruo, pompeius nullo S, *schol. Pers.* 2 credimus VS : quis putet *Comm. Cruq.* : *fluctuant schol. Pers. codices*

412. *Solus testis* S *Titulum add. Baehrens*

413

R. 415 *De spe queritur per exempla*

Spes fallax, Spes dulce malum, Spes summa malorum,
 solamen miseris, qua sua fata trahunt,
credula res, quam nulla potest fortuna fugare,
 Spes stat in extremis officiosa malis.
Spes vetat aeternis Mortis requiescere portis 5
 et curas ferro rumpere sollicitas.
Spes nescit vinci, Spes pendet tota futuri;
 mentitur, credi vult tamen illa ⟨sibi⟩.
improba, mentis inops, rebus gratissima lassis,
 quas fovet et verti fata subinde docet, 10
sola tenet miseros in vita, sola moratur,
 sola perit numquam, sed venit atque redit.
saepe bono rursusque malo, blandissima semper,
 et quos decepit, decipit illa tamen.
instabilis, dubio diversa ad tempora motu, 15
 audax et clausum quae putet esse nihil,
omnia promittit nota levitate deorum;
 nil fixum et casus admonet esse leves.

413. queritur per exempla *del. L. Mueller* 1 sūma V : una *Oudendorp* 2 qua ... trahunt] *I.e. sine qua fata sua ferre non possint* (*cf. 5–6. 11*) qua] quos *Heinsius* (*Riese*) : qui *Burman* 4 perstat *Heinsius* 5 aeterno ... portu *Schrader* (*Baehrens*) Mortis *non primus ita scripsit Ziehen* 7 futuri (*i. e. futuro dedita*)] -is *Scaliger* (*edd.*) 9 lassis *Heinsius* (*cf. c. 401, 1*) : lęssis (*prima* s *erasa*) V : laesis *edd.* 12 sed venit *Baehrens* : nec u- V : sed fugit *Wernsdorf* (*cf. 66*) 13–14 *distinxi** 13 semp V : saepe est *Riese* : serpit *Russo, sed nihil mutandum* 14 decipit] decepit V 15 diversa *L. Mueller* : diuexo *e* diuexa, *ut vid.*, V : devexa *Scaliger* 17 nota *Pithoeus* : mota V 18 admouet V breves *L. Mueller*

naufragus hac cogente natat per foeda procellis
  aequora, cum mersas viderit ante rates; 20
captivus duras illa solante catenas
  perfert et victus vincere posse putat;
noxius infami districtus stipite membra
  sperat et a fixa posse redisse cruce.
Spem iussus praebere caput paloque ligatus, 25
  cum micat ante oculos stricta securis, habet.
sperat et in saeva victus gladiator harena,
  sit licet infesto pollice turba minax;
et cui discidit iugulantis pectora mucro
  Spem, quamvis lecto iam referatur, habet. 30
Spem recipit carcer foribus praeclusus aënis.
  Spes et in horrendo robore parva manet.
Spes Marium movit turpi se credere limo
  et tantum furto vivere velle virum;
haec illum Libyae penetrare in litora victae 35
  iussit; io superi, quis fuit ille dies
quo Marium vidit sup⟨par⟩ Carthago iacentem!
  tertia par illis nulla ruina fuit.
Spes Magnum profugum toto discurrere in orbe
  iusserat et pueri regis adire pedes. 40
Spes uni numquam potuit dare verba Catoni,
  mendacisque deae non tulit ille dolos.

19 foeda *Heinsius* : sęda V : feta *Scaliger* (*Riese*) : saeva *Baehrens* procellis *Scaliger* : -llas V 21 durus V 22 perfert et victus *Scaliger* : perferret uictos V 23 destrictus V 24 redire *vulg.* 25 ligatos V 29 cui ... mucro *scripsi, Heinsio duce, qui* cui descendit iugulato in p- m- : qui decenti iugulo tinctoria moto V : *multa et mira multi* 30 referatur *ex* -retur V *m. 1* 31 aeuis V 32 spem V salva *Maehly, fort. recte* 33 turpis V 36 io *Schrader* (*item in c. 811* (*Riese*), *2 legendum*) : et o V quis *ex* qui V *m. 1* 37 suppar *Burman* : sup (a *supra* p *scr.*) V

quid non Spes audet? Priamo post Hectora mansit;
  Spes fuit uxori, Pro⟨te⟩silae, tuae.
Orpheus infernas speravit tollere leges 45
  Tartareum et cantu flectere posse canem.
Spe duce per medias enavit Daedalus auras
  et nova mirantes terruit ales aves.
Passiphaë (quid non homini sperare licebit?)
  speravit torvo posse placere bovi. 50
sperat qui curvo sulcos perrumpit aratro,
  sperat qui ventis vela ferenda dedit.
Spes hamis pisces, laqueo captare volucres
  erudit; haec orbem bella cruenta docet.
Spes sequitur gravibus rastris mala rura domantem; 55
  in nova se nulla cum ratione parat.
semper adulatur, semper male fida vagatur
  et populos, urbes totaque regna capit.
desertos medicis Spes numquam deserit aegros;
  confessi numquam Spem posuere rei, 60
Spes est quae classes diverso ex orbe coactas
  ducit; Spes cupidos tollit in arma viros.
et dicit 'dura, nec te praesentia vincant;
  fors varias mutat mobilitate vices.
incerto ludit casu Fortuna per orbem, 65
  et semper constat quod fugit atque redit.'

44 prosilea V 47 auras *Heinsius* : undas V 49 phassiue (h *in ras. m. 2*) V 51 prumpat V : perrupit *Francius* 55 male *Heinsius* domi nantē V *Ita distinxi; nam* cum *in 56 praepositio est* 59 egros *ex* egres V *m. 1* 60 confessi *Scioppius* : def- V 61 orbe *Heinsius* : hoste V coactus V 62 pellit (*etiam* trudit) *Burman* (*Baehrens*) 63 et] spes *Riese* dura *Heinsius* : duro V vincant *idem* : iungant V : frang- *Burman* : tang- *I. Dousa* (*Riese*) : pung- *Wernsdorf* (*Baehrens*) 64 variast *Baehrens* : varia *coni. Riese* nonuilitate V 66 et semper constat quod (*i. e.*

414

R. 416

Ad malivolum

Invisus tibi sum: peream si, Maxime, miror.
odi te, et, si vis, accipe cur faciam.
famam temptasti nostram sermone maligno
laedere fellitis, invidiose, iocis.
contra rem nuper pugnasti, livide, parvam: 5
tu tamen in magna te nocuisse putas.
at peream nisi tantum animi te, Maxime, causa
odi, nec mentem res magis ulla iuvat,
inque vicem ut facias oro, pereoque timore,
ne minus invisus sim tibi quam videor.

415

R. 417

Memoriam litteris permanere

Haec urbem circa stulti monumenta laboris
quasque vides moles, Appia, marmoreas,

quod Fortuna fugit atque redit, id perpetuum est) *scripsi* (et s- c-, quae *Prato, vv. 65–66 Spei orationi recte adtributis*) : et s- contra quae V : hoc s- constans, quod *Baehrens* : spes s- constat nec *Riese* : *alii alia*

414. 4 fellitis *Pithoeus* : tis *post ras.* V : uelitis V *m.2* inuidiore V 7–8 *ita distinxi* 7 at *scripsi* : h̄ V : haec *vel* hae *edd.* tantum (tm̄) *scripsi* : sunt V animi] nimiae *Heinsius* te] iam *Heinsius* : in te *Baehrens* : mihi *H. Riese* (*et Riese*) Maxime *Heinsius* : maxima V causa (*cf. Cic. Fam. 7, 2, 3* hic simiolus animi causa me in quem inveheretur delegerat)] causae *Heinsius* (*vulg.*) *sententia non perspecta. possis etiam scribere* haec peream nisi sunt. animi sed, Maxime, causa 9 oro *Heinsius* : curo V

415. Memoriam litteris *Riese* : -ia -ras V -iam per litteras manere *Baehrens* 1 multi *Heinsius* 2 queque V

Pyramidasque ausas vicinum attingere caelum,
Pyramidas, medio quas fugit umbra die,
et Mausoleum, miserae solacia mortis, 5
intulit externum quo Cleopatra virum,
concutiet sternetque dies, quoque altius extat
quodque opus, hoc illud carpet ⟨e⟩detque magis.
carmina sola carent fato mortemque repellunt;
carminibus vives semper, Homere, tuis.

416

R. 418

⟨Item⟩

Nullum opus exsurgit quod non annosa vetustas
expugnet, quod non vertat iniqua dies,
tu licet extollas magnos ad sidera montes
et validas aeques marmore Pyramidas.
ingenio mors nulla nocet, vacat undique tutum; 5
inlaesum semper carmina nomen habent.

417

R. 419

Laus Caesaris

Ausoniis numquam tellus violata triumphis
icta tuo, Caesar, fulmine procubuit

6 externum *Heinsius* : aet- V Cleopatra] *Cum Artemisia confusa iudice Wilamowitz, Hermes 34 (1899), 638; sed cf. auct. de viris illustr. 86, 3* 8 detque V, *corr. m. 2*

416. *Post c. 415 nullo intervallo* V 4 validas* *Pithoeus* (?) : cal- V : sol- *Pierson* : Pharias *Heinsius* : canas *Baehrens* 5 nocet *Pithoeus* : iacet V : patet *F. Walter*

417–424 *in V cohaerent*

417. 2 tua V

Oceanusque tuas ultra se respicit aras:
qui finis mundo est, non erat imperio.

418

R. 420

⟨Item⟩

Victa prius ⟨nulli⟩, nullo spectata triumpho,
inlibata tuos gens venit in titulos.
fabula visa diu medioque recondita ponto
libera victori quam cito colla dedit!

419

R. 421

⟨Item⟩

Euphrates ortus, Rhenus recluserit Arctos:
Oceanus medium venit in imperium.

420

R. 422

⟨Item⟩

Libera, non hostem, non passa Britannia regem
externum, nostro quae procul orbe iaces,

3 prospicit *Delrio* 4 erit *Lipsius*

418. 1 nulli *add. Heinsius* iāiā *post* nullo V *m. 2* 2 venit in *Klotz* : iacet. in V : patet in *Cannegieter* : patitur *coni. Riese* 4 quam cito *Scaliger* : quamerito V collo V, *corr. m. 2*

419. *A c. 420 separavit Riese* 1 recluserit* *scripsi* : -rat V : secluserat *Cannegieter* (*Riese*) : praecluserat *Baehrens* arctus V

420. 1–2 legem / externam *Heinsius* 2 externum *Tollius* : aet- V iaces *Baehrens* : -et V : *anne* lates?

felix adversis et sorte oppressa secunda ⟨es⟩:
communis nobis et tibi Caesar erit.

421

R. 423

⟨Item⟩

Ultima cingebat Thybris tua, Romule, regna:
hic tibi finis erat, religiose Numa.
et tua, Dive, tuo sacrata potentia caelo
extremum citra constitit Oceanum.
at nunc Oceanus geminos interluit orbes; 5
pars est imperii, terminus ante fuit.

422

R. 424

⟨Item⟩

Mars pater et nostrae gentis tutela, Quirine,
et magno positus Caesar uterque polo,
cernitis ignotos Latia sub lege Britannos:
sol citra nostrum flectitur imperium.
ultima cesserunt adaperto claustra profundo 5
et iam Romano cingimur imperio.

3 es *add. Baehrens*

421. 2 erit V 3 tuo *Heinsius* : tuum V

422. 5 adopto V 6 cingimur *Heinsius* : -itur V

423

R. 425

⟨Item⟩

Opponis frustra rapidum, Germania, Rhenum;
Euphrates prodest nil tibi, Parthe fugax.
Oceanus iam terga dedit, nec pervius ulli
Caesareos fasces imperiumque tulit.
illa procul nostro semota exclusaque caelo 5
alluitur nostra victa Britannis aqua.

424

R. 426

⟨Item⟩

Semota et vasto disiuncta Britannia ponto
cinctaque inaccessis horrida litoribus,
quam pater invictis Nereus vallaverat undis,
quam fallax aestu circuit Oceanus,
brumalem sortita polum, qua frigida semper 5
praefulget stellis Arctos inoc⟨ci⟩duis,
conspectu devicta tuo, Germanice Caesar,
subdidit insueto colla premenda iugo.
aspice confundat populos ut pervia Tethys:
coniunctum est quod adhuc orbis et orbis erat. 10

423. 1 renū *ex* rerū V *m.* 2 2 nihil V 5–6 *a 1–4 separabant olim* 6 Britannis *Scaliger*: brittannos V : Britannia *Herrmann*

424. 1 semoto V 2 cunctaque V, *corr. Scaliger* 3 qua V vallaverat* (*adde Ioseph. Bell. Iud. 2,378* τὸ Βρεττανῶν τεῖχος) *idem* : uela- V : cela- *Baehrens* 4 esto V 6 in ocduis V, *corr. m.* 2 7 defictu V, *corr. Scaliger* germania V, *corr. Gronovius* 8 insuetū V 9 Tethys *Heinsius* : tellus V 10 orbis et orbis (*i. e. duo orbes*)] urbis et o- *Prato*

425

R. 427

De voluptate adsidua per noctem

Sic et ames, mea lux, et rursus semper ameris,
  mutuus ut nullo tempore cesset amor.
solis ad occasus, solis ⟨sudemus⟩ ad ⟨or⟩tus;
  Hesperus hoc videat, Lucifer hoc videat.
si das, saepe negas, si das saepe
  et pede pr 5

nox mihi tota data est 7

promittis, mea vita, semel non amplius una 9

dum iaceam tecum permixtus corpore toto 11

  fe ...... semel, sed sine fine semel. 16
o certo numero vinces me 17

425. Voluntate de adsidua V *Carminis maior pars a monacho quodam erasa est; cf. c. 458* 2 cessit V 3 sudemus *von Winterfeld* : sic testor *L. Mueller* : sic rursus *coni. Riese* : sic semper *Rossbach* ad ortus *L. Mueller* 5–18 *Praeter fragmenta quae posui vix paucae litterae leguntur* 16 fe⟨mina cara⟩ *coni. Riese* 17 requietam *in* V *legit Rossbach, unde* ⟨non⟩ requieta *mala versus clausula*

426

R. 428 *De tribus amicis bonis*

Serranum Vegetumque simul iunctumque duobus
  Herogenen, caros aspice Geryonas.
esse putes fratres: tanta pietate fruunt⟨ur⟩.
  immo neges: sic est in tribus unus amor.
triga mihi paucos inter dilecta sodales, 5
  triga sodalicii par⟨s⟩ bene magna mei!

427

R. 429 *⟨Excusat⟩ quod non ⟨se⟩vera carmina scribat*

Iam libet ad lusus lascivaque furta reverti.
  ludere, Musa, iuvat: Musa⟨se⟩vera, vale!
iam mihi narretur tumidis Arethusa papillis,
  nunc astricta comas, nunc resoluta comas,
ut modo nocturno pulset mea limina signo 5
  intrepidos tenebris ponere docta pedes,
nunc collo molles circum diffusa lacertos
  inflectat niveum semisupina latus,

426. 1 Vegetumque *vulg.* (*vix certum*) : uinctūmq; V 2 Herogenen (*cf. Housman, Cl. Papers 834*) : heto- V : Herogenem *vulg.* (*cf. F. Bechtel, Die historischen Personennamen des Griechischen, p. 105*) : Hermo- *Baehrens* (*'nescio cur' Riese!*) 3 putes *nescio quis* : putas V (*edd.*)

427. Excusat *addidi* (*cf. c. 432*) 2 severa *Scaliger* : u- V 3 iam *Riese* : nunc V papillis *Ruhnken* : ca- V 5 ut *Burman* : et V nunc turno V pulset *Francius* : -sans V 8 inflectat *idem* : etfl- V : ut fl- *Burman*

inque modos omnes, dulces imitata tabellas,
transeat et lateri pendeat illa meo, 10
nec pudeat quicquam, sed me quoque nequior ipso
exultet toto non requieta toro.
non deerit Priamum qui defleat, Hectora narret:
ludere, Musa, iuvat: Musa severa, vale.

428

R. 430 *⟨De puero amato⟩*

O sacros vultus Baccho vel Apolline dignos,
quos vir, quos tuto femina nulla videt!
o digitos, quales tenerae vel virginis esse
vel potius credas virginis esse deae!
felix si qua tuum conrodit femina collum, 5
felix, quae labris livida labra facit,
quaeque puella tuo cum pectore pectora ponit
et linguam tenero lassat in ore suam!

429

R. 431 *Excusatio †sihoris† materiae*

Esse tibi videor demens quod carmina nolim
scribere patrito digna supercilio?

9 dulces *ex* dulcis V *m.* 2 10 lateri *Toup* : lecto V : telo *Ruhnken* 11 pudeant V 12 exultat V 14 senera (sonora *m.* 2) V, *corr. m. rec. in marg.*

428. *Titulum suppl. Scaliger* : Liber IIII V 3 tenerae *scripsi* : pueri V puerilis virginis *Baehrens* *Digitos solos post vultus laudari miratus aliqua excidisse suspicor* 4 dei *Ziehen*

429. Excussato V vilioris *Baehrens* : insanioris *Riese* (!) : lascivioris *Rossbach* : *alii alia* : *fort.* levioris *vel* humilioris 1 carmina *Scriverius* : crim- V 2 patrito *Baehrens* : -icio V

quod Telemoniaden non aequo iudice victum
praeteream et pugnas, Penthesilea, tuas?
quod non aut magni scribam primordia mundi 5
aut Pelopis currus aut Diomedis equos?
aut ⟨ut⟩ Achilleis infelix Troia lacertis
quassata Hectoreo vulnere con⟨ci⟩derit?
vos mare temptetis, vos detis lintea ventis:
me vehat in tuto parva carina lacu.

430

R. 432 *De sepulcro Catonis*

Ne miserere sacri deformia busta Catonis:
visuntur magni parva sepulcra Iovis.

431

R. 433 *De bono vitae humiliori⟨s⟩*

Est mihi rus parvum, fenus sine crimine ⟨parvum⟩,
sed facit haec nobis utraque magna quies.
pacem animus nulla trepidus formidine servat
nec timet ignavae crimina desidiae.

7 ut *add. Scaliger* 8 funere *Wakefield* conderit V, *corr. m. 2* 10 tuto ... lacu *Francius* : -os ... -us V

430. 1 mirere *vulg. olim* (*Riese*)

431. 1 paruum (*alt.*) *add.* V *m. 2* 3 trepidos *ex* -dus V : -dans *Burman* seruāt V 4 timeat ignauiae V desidiae *ex* diss- V

castra alios operosa vocent sellaeque curules
   et quicquid vana gaudia mente movet.
pars ego sim plebis, nullo conspectus honore,
   dum vivam, dominus temporis ipse mei.

432

R. 434 *Excusat quod amoribus serviat*

Insanus vobis videor. nec deprecor ipse
   quominus hoc videar. cur tamen hoc videor?
dicite nunc: 'quod semper amas, quod semper amasti.'
   hic furor, hic, superi, sit mihi perpetuus!

433

R. 435 *⟨De ea quae amat⟩*

Quaedam me (si credis) amat; sed dissilit, ardet,
   non sic, non leviter, sed perit et moritur.
ni faciet gratis quaedam simul atque rogaro,
   ostendam quam non semper amatus amem.

5 rostra *Haupt, dubitanter* silleq; rurales V, *corr. Scaliger* 6 gaudia *idem* : grandia V movet *idem* : -ent V 7–8 *Post inscriptionem sequentem* V

432. 1 insanis (*corr. m. 1*) nouis V 2 videar *Francius* : -eo V 3 dicitis hic *coni. Baehrens* quid ... quid *Burman* 4 hec superi V ppetuum V : -tuo *coni. Riese*

433. *Priori cohaeret in* V. *Titulum suppl. Scaliger* (*sed* quam : quae *Riese* : quae me *Burman*) 3 ni* *scripsi* : dum V faciet *Riese* : figiet V : fug- V *m. 2* : fugio et *Prato* rogaro *Riese* (-avi *etiam coni.*) : -auit V : -abit *Scaliger*

434

R. 436 *De creta⟨ta⟩ facie*

Cum cretam sumit, faciem Sertoria sumit.
perdid⟨er⟩it cretam, perdidit et faciem.

435

R. 437 *Morte omnes aequari*

Quisquis adhuc nondum fortunae mobile regnum
nec sortem varias credis habere vices,
aspice Alexandri positum venerabile corpus.
abscondit tantum putris harena virum.
ite, novas toto terras conquirite mundo! 5
nempe manet magnos parvula terra duces.

436

R. 438 *⟨De Pompeio et Catone⟩*

Iunxit magnorum casus fortuna virorum:
hic parvo, nullo conditus ille loco.

434. 1 dum *Binetus* 2 perdiderit *Heinsius* : -didit V : -didit ut *idem Heinsius* (*edd.*)

435. *Habent etiam Vindobon. 2521* (*saec. XII*), *fol. 40, Fuerstenfeldensis* (F : *saec. XIII–XIV*), *Erlangensis 840* (E : *saec. XI*) *Titulum om.* E, *Vind.* Morte *F* : De m- V 1 fortunam *Francius* 3 positum] *I. e. in Aegypto sepultum* venerabile *L. Mueller* : memora- *codd.* : miserabile! *in parenthesi Burman* 5–6 *huc transtuli* : *post c. 438 habent codd.* 6 terras VF : uires E, *Vind.*

436. *Habent idem* *Titulum addidi* (*cf. c. 411*) : Item *edd.* 1 uirorum VF : duo- E, *Vind.* 2 illo V

437

R. 439

De puero amato

Quid saevis, Cypare? domiti modo terga iuvenci
quid premis et tenerum currere cogis equum?
dum stupet ac novus est et adhuc non novit amorem,
parce. premendus erit, cum veteranus erit.

438

R. 440

De bono quietae vitae

Ante rates Siculo discurrent aequore siccae
et deerit Libycis putris harena vadis,
ante nives calidos demittent montibus amnes
et Rhodanus salsas in mare ducet aquas,
ante mari gemino semper pulsata Corinthos 5
confundet fluctus pervia facta duos,
ante feri cervis submittent colla leones
saevaque dediscet proelia torvus aper,
Medus pila geret, pharetras Romana iuventus,
fulgebit rutilis India nigra comis, 10
quam mihi displiceat vitae fortuna quietae
aut credat dubiis se mea puppis aquis.

437. 3 dum tumet *Lachmann*

438. *Habet etiam F(uerstenfeld.)* 1 decurrent *coni. Baehrens* sicce F : pisces V 2 putris *Scaliger* : turpis VF 3 demittent *idem* : dim- VF montibus* *scripsi* : fo- VF 4 salsas* *scripsi* : nullas (-lus V) VF ducet F : ducit V 5 gemino F : -os V 9 gerit VF 10 comis *Scaliger* : crocis VF 12 aut F : an V credit (a *supra* i) dubiis (*ex* -ius) V seu nea F

439

R. 441 *De fratris filio parvulo*

Sic mihi sit frater maiorque minorque superstes
et de me doleant nil nisi morte mea;
sic illos vincam, sic vincar rursus amando,
mutuus inter nos sic bene certet amor;
sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit
facundo patruos provocet ore duos
* * * * * * * * * * * *

440

R. 442 *De monte Atho*

Xerses magnus adest. totus comitatur euntem
orbis. quid dubitas, Graecia, ferre iugum?
mundus iussa facit: solem texere sagittae,
calcatur pontus, ⟨f⟩luctuat altus Athos.

441

R. 443 *De ⟨di⟩vitiis et inhonesto animo*

Quod tu⟨a⟩ mille domus solidas habet alta columnas,
quod tua marmoreo ianua poste nitet,
aurea quod summo splendent laquearia tecto,
imum crusta tegit quod pretiosa locum,

439. 2 doleant *Heinsius* : -at V 4 sic] *Anne* ut? 6 fecundo V, *corr. m. 2* *Finem deesse vidit Lipsius* (*cf. c. 446*)

440. *Cf. c. 232* 1 Xerses *vulg.* : terres V : Perses *Scaliger*

441. uitiis V, *corr. Burman* 1 tua] tu V : tibi *Heinsius* 2 marmorea V 3 laquearea V, *corr. m. 2* 4 locum] solum *Heinsius*

atria quod circa dives tenet omnia cultus, 5
hoc animos tollit nempe, beate, tuos.
aedibus in totis gemmae licet omnia claudant,
turpe est nil domino turpius esse suo.

442

R. 444

De eodem

Non est (falleris) haec beat⟨a⟩, non est,
quam vos creditis esse, vita; non est
fulgentes manibus videre gemmas
aut testudineo iacere lecto
aut pluma latus abdidisse molli 5
aut auro bibere et cubare cocco,
regales dapibus gravare mensas
et, quidquid Libyco secatur arvo,
non una positum tenere cella:
sed nullos trepidum timere casus 11
et stricto nihil aestuare ferro 12
nec vano populi favore tangi. 10
hoc quisquis poterit, licebit ille
fortunam moveat loco superbus.

5 tenet *idem* (*et* citro *pro* circa) : tegit V 6 beate *Scaliger* : uatate (uet- *m.* 2) V 7 claudant (*i. e. contegant*)] clarent *Wakefield* : *alii alia*

442. 2 quam *Heinsius* : quas *sive* quos V : quod *Scaliger* 4 lecto toro V (lecto *delere maluit Prato!*) 8 auro V 10 *post 12 transposui, post 11 Scaliger* (*edd.*) uanos V tangi *Scaliger* : magni V 14 *Fort.* superbam (*cf. Sen. Agam. 247, Hor. Epist.* 1, 1, 68)

443

R. 445 *De amico mortuo*

Ablatus mihi Crispus est, amici,
pro quo, si pretium dari liceret,
nostros dividerem libenter annos.
nunc par⟨s⟩ optima me mei reliquit,
Crispus, praesidium meum, voluptas, 5
†pectus†, deliciae. nihil sine illo
laetum mens mea iam putabit esse.
consumptus male debilisque vivam.
plus quam dimidium mei recessit.

444

R. 446 *De ⟨di⟩vite, formosa, generosa, impudica*

Formosa es, fateor, dives, generosa, venusta:
  confitear, si vis, omnia: redde vicem.
nempe parum casta es, nempe es deprensa: negabis.
  res venit ad lites: rursus et illa nego.
dic potius: 'sed nempe semel, sed nempe puella; 5
  et cum deprensa quis nisi frater erat?'
frater erat! 'nihil est, fecit quoque Iuppiter illud.'
  sed quod non fecit Iuppiter, hoc facitis.

443. 1 amici] amihi V : amicus *Baehrens* : inique* *conieci* 6 lusus *Francius* (*cf. Mart.* 4, 87, 2) : decus *Wakefield* : portus *Baehrens* 7 putauit V 8 male] iam male V 9 postquam *Pithoeus*

444. 1 vetusta V, *corr. Burman* 4 rursus ... nego *poetae sunt verba, non puellae* illa] *Sc. quae modo confessus sum, ut* Tollius *perspexit; id quod Scaligerum* (*qui* nega) *recentioresque fefellit* 7 frater erat] *interrog. faciunt vulg.* quoque *scripsi* : quia V 8 quod] qui V

445

R. 447

De Graeciae ruina

Graecia bellorum longa succisa ruina
  concidit, inmodice viribus usa suis.
fama manet, fortuna perit; cinis ipse iacentis
  visitur et tumulo est nunc quoque sacra suo.
exigua ingentis retinet vestigia famae 5
  et magnum infelix nil nisi nomen habet.

R. 448

446

Sic tua sit, quamcumque tuam vis esse puellam,
  sic quamcumque voles mutuus ignis edat,
sic numquam dulci careant tua pectora flamma
  et sic laesuro semper amore vacent
* * * * * * * * * * * *

447

R. 449

De vino et laetitia

Vince mero curas et quidquid forte remordet
  comprime deque animo nubila pelle tuo.

445. *Habent idem qui habent c. 435* *Titulum ita Riese* : De troi(a)e ruina VF : Epitafium magni alexandri (al- ma- E) E, *Vind.* : In Graeciae ruinam *Burman* 1 magna E succisa E, *Vind.* : -issa V : excisa (*ante* longa) F : succussa *vulg. olim* 3 iacenos V 5 formae *Oudendorp; sed vestigia monumenta sunt*

446. *Titulum sequentis hic habet* V *Deest sive initium seu finis* (*cf. c. 439*) 2 quacũq; V

447. *Titulo omisso* (*vide supra*) *haec praecedentibus coniungit* V 1 forte] corda *Heinsius* (*etiam* pectora mordet)

nox curam, si prendit, alit; male creditur illi
cura, nisi a multo marcida facta mero.

448

R. 450 *De silentio amoris*

I⟨u⟩ratum tibi me cogis promittere, Galla,
ne narrem. iura rursus et ipsa mihi,
ne cui tu dicas. nimium est lex dura? remittam,
praeterquam, si vis, dicere, Galla, viro.

449

R. 451 *De initio et fine amoris*

Nescio quo stimulante malo pia foedera rupi.
non capiunt vires crimina tanta meae.
institit et stimulis ardentibus inpulit actum
sive fuit fatum seu fuit ille deus.
arguimus quid vana deos? vis, Delia, verum? 5
qui tibi me ⟨de⟩derat, idem et ademit Amor.

450

R. 452 *De tinnitu auris*

Garrula quod totis resonant mihi noctibus aures,
nescio quem dicas nunc meminisse mei.

448. 1 iratum V, *corr. Scaliger* 3–4* *distinxi* 4 gallo V

449. 3 actu V

450. 1 quid *Scaliger* resonant *Riese* : -as V auris *Scaliger* (*Baehrens*) 2 dicas* *scripsi* : dicis V

hic quis sit, quaeris? resonant mihi noctibus aures
 et resonant totis: Delia me loquitur.
non dubie loquitur me Delia; mollior aura 5
 venit et exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter secreta silentia noctis
 summissa ac tenui rumpere voce solet,
non aliter teneris collum complexa lacertis
 auribus admotis condita verba dare. 10
agnovi: verae venit mihi vocis imago,
 blandior arguta tinnit in aure sonus.
ne cessate, precor, dulces garrire susurri!
 dum loquor haec, iam vos opticuisse queror.

451

R. 453

De zelotypa

Sic me custodi, Cosconia: neve ligata
 vincula sint nimium neve soluta nimis.
effugiam laxata nimis, nimis aspera rumpam,
 sed neutrum faciam, commoda si fueris.

3 mihi* *scripsi* : tibi V 4 me* *scripsi* : te V 5 non *Scaliger* : nunc V 9–14 *post c. 451 habet* V, *huc transp. Patisson* **11** uoces V, *corr. m. 2* 13 dulces *scripsi* : longos V garrire *Lachmann* : gestare V susurri *coni. Baehrens* (voces gestare s-) : -rros V 14 queror *Tollius* : securas *ex* sequuras, *ut vid.*, V *m. 2*

451. 1 neuigilata V 3 rumpam] pōpā *ex* pūpā V *m. 2* 4 fuerint *Burman*

452

R. 454 *De tumulis Magnorum*

Alter Niliaco tumulo iacet, alter Hibero,
tertius Eois partibus occubuit.
omnis habet Magnos mundi plaga. dis ⟨ita⟩ visum est.
partem quisque suam nunc quoque victus habet.

453

R. 455 *⟨Item⟩*

Patria, diverso terrarum litore Magnos
spectas compositos, heu, sine nominibus,
Europa⟨que⟩ Asiaque simul Libyaque sepultos!
victores victa sic potiuntur humo.

454

R. 456 *⟨Item⟩*

Diversi⟨s⟩ iuvenes Asia atque Europa sepulcris
distinet; infida, Magne, iaces Libya.
⟨d⟩istribuit Magnos mundo Fortuna sepultos,
ne sine Pompeio terra sit ulla suo.

452. 3 ita *add. Scaliger* 4 victor *Meyer*

453. 1 diuersos V 3 que *add. Scaliger*

454. Idem V 4 tuo V

455

R. 457 *⟨De Cascis fratribus⟩*

Occidere simul Cascae, simul occubuere
dextra quisque sua, qua scelus ausus erat.
castra eadem fovere, locus quoque vulneris idem;
partibus afflictis victus uterque iacet.
quanta fuit mentis, tanta est concordia fati, 5
et tumulus cinerem parvus utrumque tegit.
par fratrum multo celebrandum carmine vatum,
una si fierent parte minus gemini!

456

R. 458 *Interdum et neglectam formam placere*

Semper munditia⟨s⟩, semper, Basilissa, decores,
semper dispositas arte decente comas,
et comptos semper vultus unguentaque semper,
omnia sollicita culta videre manu
non amo. neglectam, mihi se quae comit amica, 5
se det; ⟨in⟩ornatae simplicitate valent.

455. *Praecedenti coniungit* V 2 dextera V 4 afflictis *Scaliger* : affruc- V : affrac- *Prato* iacet *Scaliger* : latet V 5 discordia V, *corr. idem*

456. formam placere *Riese* (decere *etiam coni.*) : formi luci V : -mam valere *Baehrens* : -mam illicere *Rossbach* 3 vultus *Burman* : cu- V (*cf. Claud. Eutr. 2, 337, ubi* compti cultus (*pro* vu-) *coni. Heinsius*) 4 culta *Baehrens* : cōta V 5 neglectam] -tim *Scaliger* 6 inornatae *scripsi* : ornate V : inornata *Tollius* (*Riese*) : naturae *Baehrens* valent *scripsi* : -et V

vincula nec curet capitis discussa soluti
  et coram faciem me lavet illa suam.
fingere se semper non est confidere amor⟨i⟩.
  quid quod saepe decor cum prohibetur adest? 10

457

R. 459 *⟨Ad eandem⟩*

Ante dies multos nisi te, Basilissa, rogavi,
  et nisi praemonui, te dare posse negas.
ut subito crevere, solent ex tempore natae
  quam scriptae melius cedere deliciae.

458

R. 460 *⟨Item⟩*

Cur differs, mea lux, rogata semper?
cur longam petis advocationem?
primum hoc artificis scelus puellae est;
deinde est difficile et laboriosum
in *ten*tigine tam diu morari.
nil est praeterea, p*uell*a, *nil* est
deprensa mel*ius fututione.*

8 et coram] nec decoret *Riese* : *alii alia* me lavet *Heinsius* (*vide Housman, Cl. Papers, 1121 sq.*) : mel habet V suum *Scaliger* (*vulg.*) 9 amor V : formae *coni. Baehrens, fort. recte*

457. *Praecedenti coniungit* V 3 natae *Tollius* : multe V : iunctae *Baehrens* (*Riese*)

458. 3 sceleris puella V 5–7 *Litteras obliquas in* V *erasas suppl. Scaliger et L. Mueller*

459

R. 461

De Atho monte

Hic, quem cernis, Athos inmissis pervius undis
  flexibus obliquis circumeundus erat.
accepit magno deductum Nerea fluctu
  perque latus misit maxima bella suum.
sub tanto subitae sonuerunt pondere classes; 5
  caeruleus cana sub nive pontus erat.
idem commisit longo duo litora ponte
  Xerses, et fecit per mare miles iter.
quale fuit regnum, mundo nova ponere iura!
  'hoc terrae fiat, hoc mare' dixit: erat. 10

460

R. 462

De malo belli civilis

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem
  et coniuncta suis Parthica signa gerens,
dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo
  et Capitolino sistra minata Iovi.
hinc invicta deo fidebat Caesare Roma, 5
  quae tunc paene suo pondere lapsa ruit.

459. Item de V 1 psius V 3 fluctu uultu V 5 pondere] *Sc. montis* 6 canas V 8 zerses V fecit *Scaliger* : eff- V 10 terrae *idem* : terra V hic terrae fiant *Toup* hoc mare* *Gronovius, qui recte distinxit* : ac m- V : hac m- *Toup (?)* erant *Gronovius* : eat *Toup*

460. 2 suis uis V tela ferens *Heinsius* 4 et *iam Burman in commentario* : hic V : hinc *vulg.* 6 ruit *Heinsius* : fuit V

deserta est tellus, classis contexerat aequor,
  omnia permixti plena furoris erant.
fratribus, heu, fratres, patribus concurrere natos
  impia sors belli fataque saeva iubent. 10
hic generum, socerum ille petit, minimoque cruentus
  qui fuit, ⟨is⟩ sparsus sanguine civis erat.
Maevius, a castris miles melioribus, ausus
  hostilem ⟨in⟩ saltu praecipitare ratem,
in damnum felix et victor ut impius esset, 15
  nescius occiso fratre superbus erat.
dum legit exuvias hostiliaque arma revellit,
  fraternos vultus oraque nota videt.
quod fuerat virtus, factum est scelus. haeret in hoste
  miles et a manibus mittere tela libet. 20
inde ferox: 'quid lenta, manus, nunc denique cessas?
  iustius hoste tibi qui moriatur adest.
fraternam res nulla potest defendere caedem,
  mors tua sola potest; morte luenda tua est.
scilicet ad patrios referes spolia ampla penates: 25
  ad patrem victor non potes ire tuum.
sed potes ad fratrem. nunc fortiter utere telo!
  impius hoc telo es, hoc potes esse pius.

11 ille *Scaliger* : q; V : ve *Oudendorp* minimoque* *scripsi* : -meq; V 12 is *add. L. Mueller* : heu *Oudendorp* : hic *Baehrens* adspersus *Heinsius* erit V 13 meuius V a] e *Klotz* (e transtris *Heinsius*) in saltu (*cf. Housman ad Manil. 1,245*) *scripsi* : saltus V : in saltus *Heinsius* 17 exunus V 18 nota *Francius* : maesta V 19 in aste (s *ex* r *corr. m. 2*) V 20 a] e *Scaliger* libet *scripsi* : timet V 21 inde *L. Mueller* : ille V cessas *Lipsius* : -sem V : -ses *Burman* 24 luenda *Burman* : leuanda V 25 referes *L. Mueller* : -rens V penates *Scaliger* : rependens (re *et alt.* n *supra lin. m. 1,* d *ex corr.*) V

vivere si poteris, potuisti occidere fratrem.
  nescisti: sed scis. haec mora culpa tua est. 30
viximus adversis, iaceamus partibus i⟨s⟩dem.'
  dixit; at in dubio est utrius ense cadat.
'ense me⟨o⟩ moriar, maculato morte nefanda?
  cui moreris, ferrum quo moriare dabit.'
dixit et in fratrem fraterno concidit ense. 35
  victorem et victum condidit una manus.

461–477
R. 463–475
B. IV 88–95

461

R. 463

⟨Item⟩

S⟨i⟩cine componis populos, Fortuna, furentis
  ut vinci levius, vincere sit gravius?
occisum credens gaudebat Maevius hostem:
  infelix fratris vulnere laetus erat.
nec licuit non nosse nefas: dum membra cruenti 5
  nudat, in exuvias incidit ipse suas.
et scelus et fratrem pariter cognovit et amens
  'hoc age' ait; 'maius nunc tibi restat opus.

32 dixit; at *scripsi* : -it et V : sic uter *Baehrens* 33 maculato *Scaliger* : iaculatus V : iugulatus *Prato* 34 memoreris V 36 uictam V conficit *Burman* : perdidit *Herrmann*

461. 4 funere *Baehrens* 5 nefas *Heinsius* : senex V : ferox *Sedlmayer* (*Riese*) cruenta *Scaliger* 6 exuvias] *Hae quae fuerint nescimus; sed apud scriptorem unde hanc narrationem poeta hausit Maevium armaturae vel vestitus aliquid olim fratri datum agnovisse verisimile est. Ceterum idem fere de bello Octaviano narratum ex Sisenna deprompsit Livius, alii* (*Peter, Hist. Rom. rel. I, p. 294*) 8 aut V

vincere victorem debes, defendere fratrem.
  cessas? ad facinus quam modo fortis eras! 10
terram, iura, deos, bellum iam polluis ipsum;
  quod civile fuit, sic quoque culpa gravis.
his manibus patriae tu iam pia signa sequeris
  miles, in Antoni dignior ire rate?
eripuit virtus pietatem, reddere virtus 15
  debet: qua rapuit, hac reparanda via est.
quid moror absolvi?' dixit gladioque cruento
  incubuit, iungens fratris ad ora sua.
sic, Fortuna, regas semper civilia bella
  ut victor victo non superesse velit. 20

462

R. 464

Item

Inveniet quod quisque volet. non omnibus unum est
  quod placet: hic spinas colligit, ille rosas.

11 polluis *L. Mueller* : -it V 13 iam] tā V sequeris *Baehrens* : requiris V 14 rate *Baehrens* : ratos V : rates *vulg.* 15 pietatē *bis* V, *alt. del. m. 2* 16 *Anne* qua periit? hec V 18 sua *Scaliger* : suo V 20 ñ V : ne *Heinsius*

462–477 *Petronio tribuit Scaliger; etenim ex Satyrico excerpta esse facile credideris*

462. Item] *Sic* V, *et idem in sequentibus* 1 inveniat *plerique* volet* *scripsi* : uelit *ex* uelet V

463

R. 465 *Item*

Iam nunc ardentes autumnus ⟨f⟩regerat horas
atque hiemem tepidis spectabat Phoebus habenis,
iam platanus iactare comas, iam coeperat uvas
adnumerare suas defecto palmite vitis.
ante oculos stabat, quidquid promiserat annus.

464

R. 466 *Item*

Primus in orbe deos fecit timor, ardua caelo
fulmina cum caderent discussaque Maenala flammis
atque ictus flagraret Athos; mox Phoebus ad ortus
lustrata devectus humo Lunaeque senectus
et reparatus honos; hinc signa effusa per orbem 5
et permutatis distinctus mensibus annus.
profecit vitium, iamque error iussit inanis
agricolas primos Cereri dare messis honores,

463. 1 argentes V : alg- *Baehrens* fecerat *idem* horas* *Housman* : umbras V 2 expectabat V auenis V 4 desecto *Scaliger* (*sed vide Verg. Georg. 2, 403 sqq.*)

464. 1 primus ... timor] *Haec verba Petronio* (*Arbitro*) *tribuunt Fulgentius, Myth. 1, 1, et Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 3, 661, quo loco eadem exhibet Statius* horrida *Wakefield* 2 Maenala *Peerlkamp* : moenia V (*vulg.*) flāmas V, *corr. m. 1* 3 Phoebus] *Sc. deos fecit* ad undas *Jacobs* ab ortu *Butler* (*sed solis iter inferum significatur*) 4 devectus *Heinsius* : deie- V resectus *Riese* : *anne* senescens*?* 6 permutatus *Buecheler* distinctus *coni Riese* : disiunctis V : -tus *vulg.* 7 proiecit V iamque *Buecheler* : atque V : hoc a- *vulg. olim* 8 messis *Pithoeus* : mensis V

palmitibus plenis Bacchum vincire, Palemque
pastorum gaudere manu. natat obrutus undis 10
Neptuni demersus aqua Pallasque tabernas
vindicat. et voti reus et qui condidit urbem
iam sibi quis⟨que⟩ deos avido certamine fingit.

465

R. 467 *Item*

Nolo ego semper idem capiti suffundere costum
nec noto stomachum conciliare mero.
taurus amat gramen mutata carpere valle
et fera mutatis sustinet ora cibis.
ipsa dies ideo nos grato perluit aestu 5
quod permutatis umbra recurrit equis.

466

R. 468 *⟨Item⟩*

'Uxor, legis onus, debet quasi census amari.'
nec censum vellem semper amare meum.

9 uincere V palenque V 10 nutat V undis *Baehrens, qui et alia eadem opera novavit*: omis V 11 Neptuni *Riese* (*sine adnotatione. Naufragus aquam in qua natat Neptuni esse credit*) : -nus V pallidasq; V 12 vindicat] *Sc. sibi* furti* *coni. Baehrens* condidit* *scripsi*: uen- V (*cf. Lucan. 4,824*) urbem *Pithoeus* : or- V 13 quisque *Scaliger* : quis V

465. 2 noto *Palmerius* : toto V : solito *Burman* 5 aestu *scripsi* : austu (h *supra* au *m. 1*) : hau- *vulg.* pmultatis V umbra *Baehrens* : ora V : hora *vulg.*

466. 1 legis onus *Baehrens* : legis inus V : legitimus *vulg. olim*

467

R. 469

Item

Linque tuas sedes alienaque litora quaere.
⟨i⟩, iuvenis: maior rerum tibi nascitur ordo.
ne succumbe malis: te noverit ultimus Hister,
te Boreas gelidus †securaque† regna Canopi
quique renascentem Phoebum cernuntque cadentem. 5
maior in externas Ithacus descendit harenas.

468

R. 470

Item

Nam nihil est quod non mortalibus afferat usum.
  rebus in adversis, quae iacuere, iuvant.
sic rate demersa fulvum deponderat aurum,
  remorum levitas naufraga membra vehit.
cum sonuere tubae, iugulo stat divite ferrum: 5
  barbara contemptu proelia pannus habet.

467. 2 i *add. von Winterfeld* : o *Scaliger* 4 fecundaque *Reiske* : siccata- *R.T. Clark* (*sed cf. Verg. Georg. 4,288*) : *anne* ⟨la⟩sciva-? capi V, *corr. m. 1* 5 cadentem *Dousa fil.* : iacentē V 6 Ithacus *Palmerius* : itacui V : fit qui *Baehrens* descendit *Francius* : -dat V

468. 3 uulfom (-fam *m. 2*) V aurē V 5 stat] *Cf. Ov. Met. 8,45* hasta prior terra, medio stetit altera tergo 6 raraque *Reiske* contemtu *Dousa* : -mpnit V : -mptus *Reiske*

469

R. 471

Item

Parvula securo tegitur mihi culmine sedes.
dant rami cerasos, dant mala rubentia silvae 3
uvaque plena mero fecunda pendet ab ulmo 2
Palladiumque nemus pingui se vertice frangit.
iam, qua deductos potat brevis area fontes, 5
Corycium mihi surgit olus malvaeque supinae
et non sollicitos missura papavera somnos.
praeterea sive alitibus contexere fraudem
seu magis inbelles libuit circumdare cervos
aut tereti lino pavidum subducere piscem, 10
hos tantum novere dolos mea sordida rura.
i nunc et vitae fugientis tempora vende
divitibus cenis! me si manet exitus idem,
hic precor inveniat consumptaque tempora poscat.

470

R. 472

⟨Item⟩

Non satis est quod nos mergit furiosa iuventus
transversosque rapit fama sinistra probris.

469. 3 *et* 2 *transp. Buecheler* 2 facunda V 5 deductos *scripsi* : did- V portat V brevis *scripsi* : le- V 6 spine *V, corr. m. 1* 8 praeterea *hic posuit Oudendorp, ante* fraudem V 9 heu V 11 candida *Buecheler, Verg. Ecl. 2, 28 et Mart. 10, 96, 4 reclamantibus* 12 fugiendis V 13 si ... idem] qui ... olim *Baehrens* 14 inveniar ... poscar *Pithoeus*

470. Item *add. V m. 2* 1 mergit *Buecheler* : -is V 2 sinistra *scripsi* : sepulta V (*ex v. 3?*) : repleta *R. T. Clark*

en etiam famuli cognata faece sepulti
  inter tam crassas lux⟨uri⟩antur opes!
vilis servus habet regni bona cellaque capti 5
  deridet Vestam Romuleamque casam.
idcirco virtus medio iacet obruta caeno;
  nequitiae classes candida vela ferunt.

471

R. 473 *Item*

Sic et membra solent auras includere vent⟨r⟩is,
quae penitus mersae cum rursus abire laborant,
verberibus rimantur iter. nec desinit ante 4
frigidus adstrictis qui regnat in ossibus horror 3
quam tepidus laxo manavit corpore sudor. 5

472

R. 474 *Item*

O litus vita mihi dulcius! o mare felix,
  cui licet ad terras ire subinde meas!

3 en *L. Mueller* : an V : anne *Scaliger* soluti (*'h. e. ex plebe sua emersi'*) *Riese* 4 inter tam crassas *scripsi* (*i. e. opimas; cf. ThLL V 1, 1634, 26*) : intesta merassas V : inter conrasas (congestas *vel* acervatas *mallem*) *Baehrens* : i- transgressas *Riese* luxuriantur] *Cf. Corn. Severus fr. 12 ap. Morel, Fr. Poet. Lat., p. 118*) 6 Vestam *Barth* : fe- V 8 gerunt *Baehrens* (*sed* vela *nominativus est*)

471. 1 t auras V *m. 2 in ras.* ventris *Riese* : -tis V : venis *vulg. olim* 3 *et* 4 *inter se mutavit Pithoeus* 4 *Anne* visceribus? 3 et frigidus strictis V, *corr. Reiske*

472. 1 dulcior V

o formosa dies! hoc quondam rore solebam
  †Iliadas† alterna sollicitare manu.
hic fons, hic lacus est, illic sinus egerit algas, 5
  haec statio est tacitis lecta cupidinibus.
pervixi; neque enim fortuna malignior umquam
  eripiet nobis, quod prior ⟨hor⟩a dedit.

473

R. 475

Item

Haec ait et tremulo deduxit vertice canos
consecuitque genas; oculis nec defuit imber,
sed qualis rapitur per vallis improbus amnis,
cum gelidae periere nives et languidus Auster
non patitur glaciem resoluta vivere terra, 5
gurgite sic pleno facies manavit et alto
insonuit gemitu turbato murmure pe⟨c⟩tus.

3 quies *Heinsius* hac V rore* *scripsi* : rure V 4 *Varia coniecta, velut* Iliada (*Christ*) *vel* Naidas (*Lindenbrog*), *quibus* Heliada* *accessit* alterna … manu* *Butler* : armatas … manus V : -ta … manu *Christ* 5 fons, hic *Heinsius* : fontis̀ V locus V 6 lecta *scripsi* (*cf. Verg. Aen. 8, 606* bello lecta iuventus) : uicta V : fida *Pithoeus* (*vulg.*) : apta *coni. Riese* 7–8 *hic alienos esse statuit Buecheler, cui Baehrens et Riese suo uterque modo adstipulati sunt* 8 prior hora *Scaliger* : priora V

473. 1 haec & ait & V 2 gen̉ V, *corr. m.* 2 defuit *Scaliger* : debuit V 3 annis V 6 faciem V 7 turbatum *Scaliger*

474

R. 476

Item

Nam citius flammas mortales ore tenebunt
quam secreta tegant. quidquid demittis in aurem
effluit et subitis rumoribus oppida pulsat.
nec satis est vulgasse fidem: cumulatius exit
proditionis opus famam⟨que⟩ onerare laborat. 5
sic commissa ferens avidus reserare minister
fodit humum regisque latentes prodidit aures.
concepit nam terra sonos calamique loquentes
vulgavere Midam qualem narraverat index.

475

R. 477

Item

Illic alternis depugnat pontus et aër,
hic rivo tenui pervia ridet humus.
illi⟨c⟩ demersas conplorat navita puppis,
hic pastor miti perluit amne pecus.

474. 1 ora V 2 dimittis in aula V, *corr. Francius* 3 rubitis V 4 fidem] *I.e. rem fidei commissam* 5 famam (que *add. m.* 2) V onorare V 6–9 *Petronio Arbitro tribuit Fulgentius, Myth. 3, 9* 6 verens *Fulgentius* (*edd.*), *quo recepto* avidus *illud quid sibi velit non video* reserare *Fulgentius* : seruare V 8 excepit *Scaliger* 9 vulgavere* *Delz* : inuenere V, *Fulgentius* : incinuere *Salmasius* : insonu- *Wernsdorf* conceperat *Fulgentius* : conspexerat *Muncker*

475. Id V 2 redit *ex* redet V *m. 1* 3 demersas (dem̄sas) *Baehrens* : diuisas V (*Riese!*) : diffissas *Hand* : *alii alia* 4 mitis V omne V

illic inmanes mors obvia solvit hiatus, 5
hic gaudet curva falce recisa Ceres.
illic inter aquas urit sitis arida fauces,
hic da⟨t⟩ periuro basia †multa† viro.
naviget et fluctus lasset mendicus Ulixes:
in terris vivet candida Penelope. 10

476

R. 478

Item

Qui non vult prop⟨er⟩are mori nec cogere fata
mollia praecipiti rumpere fila manu,
hactenus iratum mare noverit. ecce refuso
gurgite securos obluit unda pedes;
ecce inter virides iactatur mytilus a⟨l⟩gas 5
et rauco trahitur lubrica concha sono;
ecce recurrentes qua versat fluctus harenas,
discolor attrita calculus exit humo.
haec quisquis calcare potest, in litore tuto
luda⟨t⟩ et hoc solum iudicet esse mare. 10

5 obvia *Heinsius* : oblita V : obdita *Baehrens* immani mors horrida saevit hiatu *Oudendorp* 6 candet *vel* ridet *coni. Riese* *Post 7 distichon excidisse statuit Riese* 8 dat securo *Burman* : dantur caro *Riese* : *alii alia* bassa V amica *Burman* : *anne* pota? 10 vivit *Heinsius* (*edd.*)

476. 1 non vult properare *Tollius* : moluit (mal- *m.* 2) pro pare V facta V 4 alluit *Heinsius* : subl- *Riese* 6 sono *Klotz* : sinu V 9 haec ... potest] *I. e. cui navigare non necesse est* toto V *Post 10 L. Mueller c. 475 adnectere voluit*

477

R. 479

Item

Non est forma satis, nec, quae vult bella videri
debet vulgari more placere sibi.
dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus
vincunt naturae candidioris opus.
condit enim formam quidquid desumitur artis, 5
et nisi velle subest, gratia nuda perit.

478

R. 480
B. –

De pedibus

Pes est ⟨s⟩pondius, longa qui constat utraque.
hunc contra pariambus erit gemina breve iunctus.
longa brevisque pedem faciet postlata trochaeum.
at praelata brevis longae concludet iambum.
dactylus ex longa veniet brevibusque duabus. 5
idem anapaestus erit, brevibus si coeperit ante.
cum brevis una duas distinguit syllaba longas,
creticus est.

477. 2 placare V 3 dicti V 4 *Post* vincunt *commate dist. Riese* fingunt *Baehrens* languidioris *Burman* (*sed* cand- *pro* simplicioris *accipiendum*) 5 desumitur *scripsi* : c̄sūmitur V 6 cultus adest *L. Mueller* nuda] tota *Scaliger*

478. De pedibus Lib̄. IIII V 2 brede V, *corr. m.* 2 iunctis V 4 iamboni V 5 dactytos (u *supra* o) V

INDEX AUCTORUM

INDEX CARMINUM

INDEX NOMINUM

COMPARANTUR NUMERI EDITIONUM

RIESII ET NOSTRAE

Riese	Sh. B.	Riese	Sh. B.	Riese	Sh. B.
1	1	34	21	57	44
2	2	35	22	58	45
3	–	36	23	59	46
4	3	37	24	60	47
5	4	38	25	61	48
6	5	39	26	62	49
6a	–	40	27	63	50
7–18	–	41	28	64	51
19	6	42	29	65	52
20	7	43	30	66	54
21	8	44	31	67	55
22	9	45	32	68	56
23	10	46	33	69	57
24	11	47	34	70	58
25	12	48	35	71	59
26	13	49	36	72	60
27	14	50	37	73	61
28	15	51	38	74	62
29	16	52	39	75	63
30	17	53	40	76	64
31	18	54	41	77	65
32	19	55	42	78	66
33	20	56	43	79	67

Riese	Sh. B.	Riese	Sh. B.	Riese	Sh. B.
80	68	117	106	155	144
81	69	118	107	156	145
82	70	119	108	157	146
83	71	120	109	158	147
84	72	121	110	159	148
85	73	122	111	160	149
86	74	123	112	161	150
87	75	124	113	162	151
88	76	125	114	163	152
89	77	126	115	164	153
90	78	127	116	165	154
91	79	128	117	166	155
91 a	80	129	118	167	156
92	81	130	119	168	157
93	82	131	120	169	158
94	83	132	121	170	159
95	84	133	122	171	160
96	85	134	123	172	161
97	86	135	124	173	162
98	87	136	125	174	163
99	88	137	126	175	164
100	89	138	127	176	165
101	90	139	128	176, 9–18	166
102	91	140	129	177	167
103	92	141	130	178	168
104	93	142	131	179	169
105	94	143	132	180	170
106	95	144	133	181	171
107	96	145	134	182	172
108	97	146	135	183	173
109	98	147	136	184	174
110	99	148	137	185	175
111	100	149	138	186	176
112	101	150	139	187	177
113	102	151	140	188	178
114	103	152	141	189	179
115	104	153	142	190	180
116	105	154	143	191	181

Riese	Sh.B.	Riese	Sh.B.	Riese	Sh.B.
192	182	228	220	264	258
193	183	229	221	265	259
193, 7–14	184	230	222	266	260
194	185	231	223	267	261
195	186	232	224	268	262
196	187	233	225	269	263
197	188	234	226	270	264
198	189	235	227	271	265
199	190	236	228	272	266
200	191	237	229	273	267
201	192	238	230	274	268
202	193	238 a	231	275	269
203	194	239	232	276	270
204	195	240	233	277	271
205	196	241	234	278	272
206	197	242	235	279	273
207	198	243	236	280	274
208	199	244	237	281	275
209	200	245	238	282	276
210	201	246	239	283	277
211	202	247	240	284	278
212	203	248	241	285	279
213	204	249	242	285 a	280
214	205	250	243	286	281
215	206	250, 4	245	287	282
216	207	251	244	288	283
217	208	252	246	289	284
218	209	253	247	290	285
219	210	254	248	291	286
220	211	255	249	292	287
221	212	256	250	293	288
222	213	257	251	294	289
223	214	258	252	295	290
223 a	215	259	253	296	291
224	216	260	254	297	292
225	217	261	255	298	293
226	218	262	256	299	294
227	219	263	257	300	295

Riese	Sh.B.	Riese	Sh.B.	Riese	Sh.B.
301	296	339	334	377	372
302	297	340	335	378	373
303	298	341	336	379	374
304	299	342	337	380	375
305	300	343	338	381	376
306	301	344	339	382	377
307	302	345	340	383	378
308	303	346	341	384	379
309	304	347	342	385	380
310	305	348	343	386	381
311	306	349	344	387	382
312	307	350	345	388	383
313	308	351	346	388 a	384
314	309	352	347	389	385
315	310	353	348	390	386
316	311	354	349	391	387
317	312	355	350	392	388
318	313	356	351	393	389
319	314	357	352	394	390
320	315	358	353	395	391
321	316	359	354	396	392
322	317	360	355	397	393
323	318	361	356	398	394
324	319	362	357	399	395
325	320	363	358	400	396
326	321	364	359	401	397
327	322	365	360	402	398
328	323	366	361	403	399
329	324	367	362	404	400
330	325	368	363	405	401
331	326	369	364	406	402
332	327	370	365	407	403
333	328	371	366	408	404
334	329	372	367	409	405
335	330	373	368	410	406
336	331	374	369	411	407
337	332	375	370	412	408
338	333	376	371	412, 13–18	409

Riese	Sh. B.	Riese	Sh. B.	Riese	Sh. B.
413	410	435	433	458	456
414	411	436	434	459	457
414a	412	437	435	460	458
415	413	438	436	461	459
416	414	439	437	462	460
417	415	440	438	463	461
418	416	441	439	464	462
419	417	442	440	465	463
420	418	443	441	466	464
421	419	444	442	467	465
422	420	445	443	468	466
423	421	446	444	469	467
424	422	447	445	470	468
425	423	448	446	471	469
426	424	449	447	472	470
427	425	450	448	473	471
428	426	451	449	474	472
429	427	452	450	475	473
430	428	453	451	476	474
431	429	454	452	477	475
432	430	455	453	478	476
433	431	456	454	479	477
434	432	457	455	480	478